gustinus de ciuitate dei abunde docet. Qui eos a platone a bonis ciuitatibus exactos testatur.
Malis autem et speciem philosophie sub vita nequam gerentibus odiosi erant poete: ꝙ cum ipsi
diuinum illud dicendi genus assequi non possent viderentque illos pluris ꝙ se haberi. sperabant ea
criminatione poeticum nomen delere. Vtrisque ergo inuisum nomen poete: quo circa. persius cornu
tum philosophum contumeliose de poeticis figmentis loquentem inducit satyra quinta. Nebulas
elicone legunto etc. Neque vero omnino poeticas musas nunc exigendas docet philosophia: sed aduer
so tali qualem Boe. representabat. Neque musas omnes damnat: sed poeticas duntaxat: quia philo
Muse sophia musis eum curandum censet. Quapropter vt de vna re semel loquatur. Muse a plerisque no
uem ponuntur. Quarum nomina et inuenta sic ponit Virgilius. Clio gesta canens transactis tem
pora reddit. Melpomene tragico proclamat mesta boatu. Comica lasciuo gaudet sermone thalia.
Dulcisloquis calamos euterpe flatibus vrget. Terpsicore affectus cytharis mouet imperat: auget
Plectra gerens eratho saltat pede: carmine vultu. Carmina calliope: libris heroica mandat. Vra
nia poli motus scrutatur et astra. Signat cuncta manu loquiturque polymnia gestu. Mentis ap
pollinee vis has mouet vndique musas. In medio residens complectitur omnia phebus. Clio hy
storias inuenit. Melpomene tragedias. Thalia comedias. Euterpe tibias. Terpsicore psalteri
um. Eratho geometriam. Calliope litteras. Vrania astrologiam. Polymnia rhetoricam. Hec Vir
gilius. Sunt ergo musarum nomina. Clio. Melpomene. Thalia Euterpe. Terpsicore. Eratho Cal
liope Vrania et polymnia. Quorum que in a exeunt declinantur more latino sicut musa: que in e et
o more greco. Nam in e habent genitiuum in es datiuum in en. reliquos casus in e. sicut penelope.
In o autem habent genitiuum visitatius in vs accusatiuum et vocatiuum in o: reliqui autem ca
sus in latinorum visu non sunt: vt hec clio huius clius etc. Sunt autem omnes muse inuentrices.
Nam hoc nomen musa secundum alios dicitur a mosios id est ab indagatione vel inquisitione: secundum a
Clio lios a moys quod est docere. Clio interpretatur gloria: dicitur enim cleos gloria apud grecos.
Hec hystoriam inuenit. vnde multum glorie et scribentibus: et his de quibus scribunt nasci solet.
Melpomene Cadmus autem thebanorum rex primus hystoriam scripsisse secundum Plinium fertur: sed non sine
musa. id est inuentione et glorie cupiditate. ¶ Melpomene tragediam inuenisse dicitur: que ma
Thalia gno eiulatu agi solebat. Melpo autem idem est ꝙ canto. ¶ Thalia dicitur a thalem quod est flore
Euterpe re: inuenitque comedias veterem que satyrarum more lasciuis versibus constabat. ¶ Euterpe ab eu

Terpsicore.
Eratho.
Calliope.
Urania.
Polymnia.

quod est bonum: boni soni et tyberiarum inuentrix dicitur. ¶ Terpsicore delectando nomen sumpsit, nam terpone dicitur delector: inuenit autem cytharam cum choreis et saltationibus. ¶ Eratho ab amore quem erota greci vocant: sm quosdam deducitur: inuenitq; geometriam: et plausibus gaudet. ¶ Calliope dicitur pulchra vox: inuenitq; heroicum carmen. ¶ Urania dicitur ab urano: id est celo et astrologiam inuenisse dicitur. ¶ Polymnia autem a multa memoria nomen sumpsit vel a multa laude. Nam poli multum et hymnos laus dicitur et rhetoricam inuenisse a marone dicitur. Ut autem landinus recitat Anaximander. Lampsacenus. et Xenophanes. Heracliopalites dicunt poetas esse in tutela apollinis: qui lira canit: et nouem musarum in quarum medio ipse residet. Per apollinem autem humanam vocem intelligunt que nouem instrumentis perficitur. Hec autem fulgentio teste intelligunt quattuor anteriores dentes quorum si quis desit sibilus et non plena vox ex ore prouenit. item duo labia: septimum est lingua: octauum palatum: quod greci uranion vocant: quoniam sit ad formam celi: celum autem uranos appellatur: qua ex re octaua musa dicitur urania. nonum instrumentum est gutturis profunditas per quam spiritus egreditur. Plato autem ille diuinus philosophus ponit quattuor furoris genera: inter que ponitur poeticus furor: quem a musis prouenire demonstrat. Musas autem appellat celestium spherarum cantus. Nam in libro de republica singulis spheris singulas syrenas appositas dicit: motum ipsum spherarum ac sonum qui inde fit significans. Quapropter octo spheras octo musas ac per illarum concentum nonam ponit: quam: quoniam armonia una est ex omnibus suauissime composita: excellentissimam dicit hesiodus. Ergo poesis a diuino furore: furor a musis: muse a ioue eodem platone teste proueniunt. Accedit ad hanc opinionem q phebum: id est solem qui medius planetarum est in medio musarum ponunt. Unde illud virgilianum. In medio residens complectitur omnia phebus. Qui quidem. Virgilius attestatur musas iouis filias cum dicit. Adeste muse maximi proles iouis etc. Alcineon autem et nonnulli alij eas celi et terre filias dicunt. Theodontius vero thespie et mennonis filias esse vult Diodorus addit musas fuisse octo puellas: quas osyris orbem peragrans in exercitu duxit. eo q cantu et alijs disciplinis essent insignes. Alio etiam loco scribit musas a parte ioue litteras et versuum compositionem: id est poeticen doctas esse. Uarro romanorum doctissimus qui easdem et musas et nymphas appellat: tres dumtaxat ponit musas. Unam que ex aque nascitur motu. Alteram que ex aeris percussi sono. Tertiam que mera tantum voce consistit. Patet ergo per fictionem poeticam aut rem hystoricam aut diuinam aut naturalem intelligi oportere: quam qui non capiunt falsitatis criminantur immeritos poetas. ¶ Sciendum tamen triplex esse poetarum institutum: iuxta Horatium in de arte poetica ubi dicit. Aut prodesse volunt aut delectare poete: aut simul iocunda et ydonea dicere vite. Alij enim dumtaxat delectationis gratia versus edunt. Alij solius utilitatis et bone doctrine gratia. Alij propter utrunq;. Primis dantur poetice muse: secundis et tertijs etiam philosophice. Bone enim doctrine et morum institutiones ex philosophicis accipiebantur. Quia ergo Boetius: hoc est, per eum significatus: non opus habebat musis delectationem inanem causantibus: sed veram consolationem ex magnanimitate et sapientia generantibus: ideo philosophia expulsis poeticis musis suis: id est philosophicis musis eum curandum dicit. Uocat autem poeticas musas eas dico que ad solam delectationem faciunt meretriculas et syrenas eo q more earum animos illiciunt. Syrenes a greco verbo herein mutata aspiratione in s litteram deduci constat. Est autem herein connectere et retinere. Fuerunt ut poete dicunt tres acheloi fluminis filie ex calliope musa. He insulas quasdam iuxta pelorum inter Siciliam et Italiam habitasse scribuntur. Quod Ouidius etiam tetigit in. xiiij. Methamorphoseos. dum enee transitum describens inquit. Terrasq; calenti Sulfure fumatas acheloidumq; reliquit. Sirenum scopulos. harum una voce. teste Seruio super. v. Eneidos. circa finem: alia tibijs: alia lyra canebat. Sed tanta dulcedine tantus transeuntes nautas afficiebant. ut sopirentur: quos cum sopitos persentiscerent submergebant et deuorabant. Quare cum iuxta illas transiturus esset Ulixes admonitus a Circe sociorum aures cera obturauit: et ipse se ad nauis malum ligari iussit: atq; sic quoq; transijt illesus. Quod illi grauiter ferentes et ira succense atq; dolore commote se precipitauerunt in fluctus: quod Iuuenalis tetigit: apud quem dicit Neuola. Nam cum pro me fortuna rogatur. Affigit ceras illa de naue petitas. Que siculos cantus effugit remige surdo. Dicuntur autem tres fuisse. Parthenope a qua ciuitas illa que nunc neapolis: id est noua ciuitas dicitur denominata est cum illic sepulta esset. Item leucosia et ligia. Multa de his Claudianus. et Uirgilius opusculum etiam confecit: sed potissimum. Homerus in. xij. Odisse. ubi syrenes dulcissimum cantum habent: cuius sensus est Huc ades inclite Ulixe magna achiuorum gloria hic nauem siste ut nostram vocem audias. Nemo enim unq; hac iter: quin nostri cantus suauitate demulceretur: qua oblectatus et plura doctus a nobis dimittitur a nobis. Haud enim nos fugit quid apud magnam Troiam greci simul et troiani deorum voluntate gesserunt. Scimus preterea quicquid in alma terra agitur etc. Hec verba suauibus quoq; carminibus Cicero transtulit. quorum primum est. O decus argolicum quin puppim flectis ulixe. Non opus est dicere. Syrenes etiam dici apes imperfectas et inutiles. Item volucres in india esse quarum cantu homines mulceantur: quos summo grauatos lacerent. Sic etenim singula que de hoc vocabulo legerim transcribere velim nimis prolixus essem. Certum est autem q scribitur in prima syllaba per i nostrum et longum; quia grece habet ei dipthongon dicitur: hec siren huius sirenis: in accusatiuo hunc sirena

Poetarum officium.

Deducta a grecis. Syrenes

non sirenē: et in plurali has sirenas: quia in accusatiuo plurali nominis tertie declinationis ab ac-
cusatiuo singulari in a habetur frequens accusatiuus in as ab em caret ab im is. Quia etiam obli
qui greci sepe in nominatiuos latinos transeunt: vt delphines arabus elephantus. a genitiuis ho
rum nominū delphin araps elephas mutandos os in us. Ideo ab accusatiuo serena fit etiam nomi-
Humi. tiuus hec serena huius serene: sicut ab accusatiuo hāc cassida fit hec cassida ic. ¶ Deiecit humi me-
stior vultum. Simile loquendi genus non passim inuenies ponitur enim genitiuus humi pro eo qd
est in humum vel ad humum voluntqꝫ ob id nonnulli grammatici genitiuū humi ita posse cōstrui.
De cōpa- Mestior a mestus deductur. circa quod vocabulum aduerte fm Laurentium de Valla. compara
ratiuis. tiuum nomen semper plus significare de forma in qua fit comparatio ꝙ absolutum seu positiuus
vt iunior lꝫ minus habeat annorum ꝙuis quem iuuenem appellamus. habet tamen plus de iuue
nilitate et ita dicam: et minor plus de paruitate ꝙ paruus: lꝫ minus de magnitudine. Verūtamen
non te fugiat puer comparatiuum nomen apud idoneos auctores sepenumero positum esse per
quandam temperationem et imminutionē significatiōis: seu per se seu gratia sub intellecti. Mo-
destius enim et submissius appellamus hominem iracundiorem ꝙ iracundum: liberiorem ꝙ libe
rum hic et tristior. Seruio teste: est idem quod subtristis. hoc est non plene tristis et mestior hic: nō
admodum mestius sed tamen aliquāto mestior ꝙ deceat aut ꝙ soleat. Unde subaudiende mihi vi
dentur huiusmodi particule. Mestior supple aliquanto vel paulo ꝙ decens aut istum: aut hone-
stum: aut equum: aut o perepreciuꝫ: aut solitus sit: ꝛ ita in cōsimilibus. ¶ In extrema lectuli parte
Consido. consedit. hoc verbum compositum potius putem a con et sido ꝙ sedeo: quia considere proprie est
sedere per motum et migrationem capere: quia ergo desuper venerat recte considere dicitur sicut
primo Eneidos. Vultis et his mecum pariter considere regnis. Nec moueant qui dicunt sido non
habere preteritum. id enim: vt Laurentius recte probat: non recte dicunt. Nam sedi facit sicut et
Constru- sedeo. Cetera aperta sunt. ¶ Ordo talis est. Dum ego tacitus: id est tacens: vtrūqꝫ significat et acti
ctio. ue et passiue actiue hoc loco passiue. apud Senecam. Quod tacitum esse vis nemini dixeris. Et se
Tacitus. tro Eneidos. Quis te magne cato tacitum esse vis ic. reputarem mecum: id est recogitarem et ani-
mo voluerem hec: id est huiusmodi carmina: et designarem seu assignarem et committerem officio
stili: id est illius instrumenti quo olim in ceratis tabulis scribebant querimoniam lachrymabilem:
mulier vultus admodum reuerendi et oculis ardentibus et perspicacibus: id est perfecte et ad in
tima videntibus et penetrantibus vltra cōmunem: id est vulgarem valentiam: id est potentiam
hominū: item colore viuido atqꝫ inexhausti: id est inexhaustibilis vigoris. Sepe enī participia pre
teriti temporis pro verbalibus leguntur vt in principio. vij. eneid. Inaccessos pro eo quod est inac
cessibiles fere: ꝙuis ipsa foret ita plena eui vt nullo modo crederetur eē nostre etatis. mulier inꝙ
taliter disposita visa est mihi abstitisse supra verticem: id est summitatem capitis. Ubi duo nota-
bis puer. Primum ꝙ dicit signanter visa est astitisse: non autem astitit. Per hoc enim innuit se per
fantasiam et fictionem loqui. Sicut Virgilius locuturus per fictionem poeticam verbuꝫ aliquod
permittit per quod se ab historica veritate discedere significat: dicēdo vt fama est: vt perhibēt aiūt
Supra. fertur ic. Secundū est ꝙ latine dicit supra verticem non super. Nam hoc fere obseruant docti: vt
Super. dum res superior inferiori contingit super eam esse dicant: vt super humeros portaui te. dum vero
Non mo- spacium inter vtrāqꝫ est supra vt supra caput nostrum sidera sunt non super. Statura superā nam
do. bigue: id est dubie et incerte discretionis. Nam ipsa cohibebat: id est constringebat: vel contrahe-
bat se quidem nunc: id est vno tempore ad cōmunem mensuram hominū. vero pro sed ipsa vide-
batur nunc: id est alio tempore pulsare: id est pulsando contingere celum cacumine: id est extremi-
tate summi verticis. que cum extulisset altius ꝙ solebat caput suum: ipsum caput penetrabat: id
est penitus intrabat etiam celum: et frustrabatur intuitus: id est inspectionem hominū respicien-
tium se: id est philosophiam. ¶ Uestes erant ic. notissima sunt verba textus. Quas quisqꝫ potuit
ic. si legis abstuleram ordo est: et manus violentorum abstulerant particulas vestium quas quis-
qꝫ eorum potuit sup. auferre. Si abstulerit ordo est et quisqꝫ illorum violentorum abstulerat par
ticulas quas potuit abstulisse. Que dolores eius non modo nullis. hic nota multos errare legen-
do vllis pro nullis. Nam sepe male auferunt negationem post non modo: non solum: non tm̄ ne
dum. non scientes priorem negationem non agere in sequētia nisi repetatur. Non dicis ergo. Non
solum te amo sed odi qꝛ falsum dicis. Si enim amas non odisti: sed non solum te non amo sed odi.
¶ Ordo est phia inquit. quis permisit has meretriculas. i. animorū illectrices more meretricularuꝫ
scenicas: id est que in scenis versari solent accedere ad hunc egrum. Que meretricule nullis ꝑ non ꝛ
vllis: non modo nō fouent vllis remedijs dolores eius videlꝫ egri. verūetiam alerent insuper dul-
cibus venenis. He sunt ic. aperta sunt verba. At ꝑ sed si vestre blanditie. i. moles affectationes et
contactus caret autē hec dictio blanditie singulari numero: detraherent nobis quē. i. aliquē ꝓpha
num. i. non initiatum institutionibꝰ philosophicis: solitū. i. consuetum vti vulgo. i. rebus vulgari-
bus. vel sic vti. i. quemadmodū solitū sup. est fieri vulgo. i. vulgariter. ego phia putarem esse feren
Nota de ꝑ dum. i. tolerandum ꝛ patienduꝫ minus moleste. Aduerte de prima ꝑsona licere nunc singulariter
ma ꝑsona nunc pluraliter loqui: vt hic phia de se loquens nobis dixerat: et subiungit putarem singulariter.
Quippe: quia certe opere mee. i. operationes et cure nihil lederent in eo. i. in tali qui est vius non
Opera. fit. Opera opere aliquādo est operarius: aliqñ operatio diligens. opus autem est quod fit per ope
ram. vnde locamus operas nostras et vendimus opera. Solet perabolice dici operam esse ma-
trem operis. Hunc vero ic. Hic animaduerte lector obseruatum esse decorum quod supra dixi-

⁊ affectione loquētis. Quia enim philosophiam inflāmatus ita dixerat auctor: ideo nunc ei sermonem obruptum ⁊ irascenti congruum attribuit. sicut Virgilius eneid. primo. quos ego: sed motos prestat componere fluctus. Et Teren. in eunucho. Ego ne illam: que illum: que me que nō: et sexcētis alijs locis. Est ergo aposiopisis id est reticentia facta propter iram animi. Possit autem multis modis compleri. Aut sic. Hunc vero nutritum eleaticis studijs ⁊ academicis: nequaquam ferendū est abduci. Aut potius sic. hunc vero eleaticis atq̄ academicis studijs enutritum: auderis nobis scelestę meretricule: detrahere: hoc autem modeste suppressit. vnde addit. sed o syrenes. i. animorum illectrices ⁊ deceptrices cātationibus vestris dulces vsq̄ in exitium. i. vltimam vite exitiones hoc est mortem abite potius ꝙ supple cogatis me in vos seuire: aut male de vobis proloqui: aut ꝙ hunc nostrum decipiatis: ⁊ relinquite eum curandum ⁊ sanandum meis. i. phicis musis. i. inuentionibus aut modulis. Ne quid autem pretermittam: elea ⁊ academia loca sunt in quibus maximopere viguerunt phi. Nam eleam phocensium coloniam zeno patriam habuit: ⁊ Leucippus. Achademiam: athenienſem Plato inhabitabat. Estq̄ vt Laercius docet academia locus in suburbano atheniensi: nemorosus a quodam hereo academo nomine sic appellatus. Eandem Spensippus zenocrates pluresq̄ alij postea coluerunt. sed pergo ille chorus. i. ille cetus poeticarum musarum. Increpitus id est cum crepitu et acerbitate reprehensus. effectus mestior. i. paulo post ꝙ solebat mestus vel aliquantulum mestus deiecit humi. i. ad humū. vultum. i. oculos suos. Vultus enī ꝓprie est qualitas faciei que voluntatem hois ꝓdit: vnde a volando deducitur. ⁊ confessus. i. protestans verecundiā ꝓpter reuerentiā phie incussam rubore: excessit tristis limen. i. lignum limus hoc est trāsuersum in ostio carceris. ¶ At ego cuius acies. i. acumē oculorū mersa. i. obrupta lachrymas caligarat. i. caligauerat: hoc est tenebris obscurata fuerat ita vt non possem dinoscere que nam esset hec mulier auctoritatis tam imperiose id est tantum cupide imperij vel tam superbe imperantis. Ego obstupui ⁊ cepi id est incepi tacitus. i. tacens expectare. i. obseruare ⁊ hoc dico visu meo defixo in terrā: quidnam id est quē rem ipsa esset actura deincepo. i. postea. Illa accedens tum. i. tunc ꝓpius. consedit. i. locum cepit in extrema parte mei lectuli: ⁊ intuens meum vultū grauem. i. grauatum luctu atq̄ deiectū in humum merore id est propter merorem: est conquesta de perturbatione nostre mentis his versibus qui sequuntur.

¶ Metrum secundum primi libri. loquitur philosophia.

Heu ꝙ precipiti mersa profundo.
Mens hebet: ⁊ propria luce relicta.
Tendit in externas ire tenebras:
Terrenis quotiens flatibus acta.
Crescit in immensum noxia cura:

¶ Sanctus thomas.

Heu ꝙ ꝓcipiti mersa profundo. hic incipit metrum secundū huius primi qđ vocatur metrum dactylicum a pede predominante: ⁊ dicitur tetrametrū a numero pedum: a tetras quod est quattuor quia quattuor pedes continet. Et dicitur hypercatalecticum propter syllabam habūdantem post duos pedes in medio versus. Verbigratia. Primus pes est heu ꝙ secundus precipiti sedi syllaba huius nominis ꝓcipiti. superabundat. tertius est mersa pro. quartus fundo. Similiter est in alijs. In hoc ergo metro philosophia deplangit statum Boe. dolendo de perturbatione mentis eius ⁊ facit duo. Primo vniuersaliter philosophia deplangit perturbationem mentis hominum. Secundo specialiter conuertit planctum suum super Boe. ibi. Hic quondam. Primo dicit. Heu ꝙ id est quantum mens hominum habet id est obscuratur mersa precipiti profundo id est cura rerum temporalium que precipitant hominem: et talis mens relicta propria luce id est contemplatione tendit id est laborat ire in tenebras externas id est in ignorantias exteriores. Hoc autem contingit homini quotiens sup. mens acta id est agitata terrenis flatibus id est prosperitatibus vel euentibus cura id est sollicitudo rerum temporalium noxia. i. nociua crescit in immensum id est supra modum. ¶ Nota ꝙ in nobis est duplex virtus: rationalis et sensualis. sensus autem semper aduersatur rationi: quia caro concupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem. Cum autem sensualitas vincit rationem tunc homo est in malo statu regiminis et efficitur bestialis. Vnde albertus super. iij. de anima dicit. Turpe est nobis abijcere regimen superioris et induere regimen inferioris virtutis quod nobis cōmune cum bestijs. Ideo scribitur. iij. ethicorum in antiqua translatione. Valde conandum ⁊ laborandum est nobis vt virtus nostra concupiscibilis subiecta sit rationi. Quemadmodum enim pueri peruerse viuunt si non a suis pedagogis fuerint coacti ad recte viuendum: sic appetitus sensualis ducit nos ad insolentiam: nisi regula rationis fuerit coartatus. Plures autem homines sequuntur sensualitatem ꝙ rationem insudantes bonis exterioribus et delectationibus sensualibus: per que impediuntur in speculatione et cognitione summi boni: ideo philosophia hoc deplangens dicit in metro. Heu ꝙ precipiti. Item cum anima ingerit se curis rerum temporalium profunde precipitatur ⁊ hebet: quia a cognitione rerum ⁊ sui creatoris destruitur ⁊ destituta cadit in tenebras externas id est ignorantias

Margin notes: Eleatici. Academici. Vultus. — virtus duplex — ignorantia duplex

exteriores. ¶ Ubi nota q̄ duplex est ignorantia: quedam naturalis que est in iuuenibus et decrepitis. et vocatur ignorantia interna: quia ex naturali defectu contingit. Alia est ignorantia que causatur ex negligentia hominis quando sollicitatur circa exteriora: et talis dicitur externa: quia est extra naturam. de qua dicitur, q̄ omnes homines naturaliter scire desiderant. Prima ignorantia cum sit naturalis non est viciosa: quia turpes a natura nemo increpat neq̄ bonos laudat. Secunda est viciosa cum sit per hominis negligentiam de qua loquitur Boeti⁹ .ij. hui⁹ psa. v. Ceteris animantibus sese ignorare natura est hominibus vero vicio venit. Itē dixit noxia cura. Unde Sene. in prouerbijs. Magnam partem perturbationis sibi pedit qui exterioribus se imecit. Item ratio et intellectus dicuntur lux hominis quia illuminant hominem ad cognitionem creature et creatoris. Dicuntur autem proprie lux hominis quia solū genus hominum viuit arte et ratione: ex prohemio methaphisice. ¶ Hic quondam celo liber aperto. Hic philosophia specialiter cōuertit se ad deplangendum Boe. Et primo ostēdit quanta contemplatione Boetius quondam viguit. Secundo ostendit quomodo destitutus a tali contemplatione solū de terrenis cogitabat ibi. Nunc iacet effeto.

¶ Hic quondam celo liber aperto
Suetus in ethereos ire meatus:
Cernebat rosei lumina solis:
Uisebat gelide sydera lune
Et quecunq̄ vagos stella recursus
Exercet: varios flexa per orbes:
Comprehensam numeris victor habebat.
¶ Quin etiam causas vnde sonora
Flamina sollicitant equora ponti:

Primo philosophia commēdat Boe. ab astronomia. Secundo a naturali philosophia. Tertio a methaphisica. secūda ibi. Quin etiam causas. tertia ibi. Quis voluat stabilem. Primo dicit Boe. quondam liber. i. solutus a cura rerū temporaliū celo sibi aperto per cognitionem suetus fuit ire per rationē in ethereos meatus: i. in motus corporum celestium. et ipse cernebat. i. speculabatur lumina. i. radios rosei solis et visebat. i. cum desiderio videbat sydera. i. constellationem gelide. i. frigide lune et ipse Boe. victor ignorantie habebat omnem stellam cōprehensam numeris. i. certis computationibus. quicunq̄ stella erratica exercet. i. operabatur vagos. i. varios recursus nunc pgrediendo: nunc regrediendo stella inq̄ flexa. i. mota per varios orbes. i. circulos. ¶ Nota q̄ aīo liberato a curis liberalibus cōcessum est philosophari: ideo quedam artes dicuntur liberales: q: filij liberorū. i. nobilium qui erant liberati a curis temporalibus talibus artibus vacabāt: ideo dicit phia q̄ Boe. quondā liber ec. ¶ Nota q̄ dixit celo aperto. licet homo planetas celi corporaliter non attingat: tamē speculatione comprehendit. Hoc pulchre tangit Hermes trimegistus dicens. Magnum miraculum est homo et aīal honorandum. hic anima intellectiua in naturam dei transit quasi ipse deus sit hic per naturam a dijs est coniunctus: hic demonum genus nouit: terram colit: elementis commiscetur: acumine mentis in maris profunda descendit: celum quod videtur altissimum animi sagacitate metitur intētionem animi eius nulla aeris caligo confundit. nec terre densitas, eius operationem impedit: non aque profunditas aspectum eius obtundit. ¶ Nota q̄ sol in ortu suo apparet roseus propter vapores interpositos inter visum nostrum et solem. nam album visum per fumum apparet rubeum. Etiam licet in meridie vapores sint interpositi: non tamen apparet tunc roseus. eo q̄ illi vapores non sunt grossi sed subtiliati calore solis. ¶ Nota q̄ philosophia dicit lunam esse gelidam: quod nō est intelligendum formaliter: quia prime qualitates que sunt calidum: frigidum: humidum: siccum non habent locum in corporibus celestibus cum non recipiant peregrinas impressiones: sed dicitur luna gelida virtualiter et effectiue: quia frigus et etiam humores efficit in inferioribus: propter quod noctes quibus luna preest sunt gelidiores et humidiores magnis diebus. ¶ Nota q̄ planete dicuntur habere vagos recursus: quia mouentur duplici motu scilicet primi mobilis ab oriente in occidentem: proprio motu ab occidente in orientem vel ideo quia quandoq̄ apparent nobis stationarij: quandoq̄ retrogradi: quandoq̄ propīq: quandoq̄ aliqualiter remoti. ¶ Nota q̄ stella erratica dicitur flexa id est mota per varios orbes circulorum scilicet deferentis et epicicli ratione quorum circulorum nunc dicuntur progressiui: nunc retrogradi: nunc stationarij vt dictum est: et habet videri in theorica planetarum vel astronomia. ¶ Quin etiam causas. Hic commendat eum ex parte naturalis philosophie dicens. Quin etiam pro certo. Boetius solitus fuit rimari: id est inquirere causas: vnde id est propter quas causas sonora flamina. id est sonorosi venti sollicitant id est perturbant equora id est planicies ponti id est maris. quasi diceret Boe. sciuit causas generationis ventorum qui commouent ipsum mare. ¶ Nota q̄ ex libro metheororum patet q̄ ventus generatur ex vapore calido et sicco eleuato per calorem solis: qui perueniens ad locum nubium frigiditate nubis repercutitur: et repercussus fertur inflatus: et facit sonum

Homo

Sol rose⁹

Luna gelida.

impellendo aerem: et quia aqua faciliter est diuisibilis de facili cedit et reuerberatur per ventos et vel aliter potest intelligi. Antiqui enim dixerunt q ideo venti turbant mare: quia in ipso mari generantur venti qui nō exeunt: sed faciūt fluxum maris. l3 hec opinio nō sit vera: quia mare fluit et refluit tempe determinato: sicut bis in die naturali. venti aūt generant tēpe indeterminato. ¶ Quis voluat stabilem. Hic philosophia cōmendat Boe. a metaphisica et iterato a naturali philosophia dicēs Boe. etiā solitus fuit rimari quis spiritus id est intelligētia voluat motu diurno stabilem orbem firmamenti: vel etiā cur sydus solis vel aliud habēs ortum et occasum casurum in hysperias vndas id ē l aquas maris occidētalis. surgat. i. iterum oriatur ab ortu rutilo. id est ab oriente splēdido: quasi dicat. Boetius solit' erat inquirere cur stelle que i occidente videtur occidere iterum resurgant in oriente: etiā3 solitus erat rimari quis temperet et placidas horas veris. id ē temporis vernalis vt ornet terram roseis floribus. Quis dedit. id est ordinauit vt autūnus fertilis ānno pleno id est fecūdo: influat id est influentiam faciat grauidis vuis. i. botris repletis. etia3 erat solitus reddere, id est assignare varias causas latentis nature. i. rerum naturaliū. ¶ Nota omne qd mouetur ab alio mouet. ex. vij. Phisicoꝝ. ergo celum ab alio mouet. Mouetur autē3 celum a duplici motore: per cōmentatorem. xi.

¶ Quis voluat stabilem spiritus orbem.
Uel cur hesperias sydus in vndas.
Casurum rutilo surgat ab ortu:
Quis veris placidas temperet horas:
Ut terras roseis floribus ornet:
Quis dedit vt pleno fertilis anno.
Autumnus grauidis influat vuis.
Rimari solitus: atq3 latentis.
Nature varias reddere causas.
¶ Nunc iacet effeto lumine mentis.
Et pressus grauibus colla cathenis.
Decliuumq3 gerens pondere vultum:
Cogitur heu stolidam cernere terram.

Metaph. ab vno p̄ximo et appropriato qui vocat intelligentia a quo mouetur effectiue. ab alio motore separato qui est deus a quo mouet in ratōne finis. Item dici orbem celestem esse stabilem ls enim moueatur et mutet locū fm partes: non tamē fm totum: et quantū ad hec dicitur esse stabilis id est immobilis. Item causa quare stelle que occidūt iterum oriātur non est alia nisi motus circularis primi mobilis: qui secum rapit omēs stellas tam fixas q erraticas. Item hesperus est stella que de vespere sequit solem occidentē a qua stella mare occidentale dicit hespericū eo q sol et hesperus ibi se mergant: non q ita fit: sed quia vulgares sic opinātur. cum enim stelle occidūt propter interpositionē maris inter visum et stellas vident stelle mergi in mari. Item tēpus vernale dicitur placidum: quia est cōueniens vite hominis. Est enim tempus veris calidum et humidum in quibus consistit vita ex libro de morte et vita. Et ideo illo tempore producūtur flores. Nam materia florū est humidum aqueum subtile bene coctum a calido aereo. Quia igitur in vere dominatur calidus aereum et humidū aqueum subtile quod parua indiget digestione. ideo in vere cuius color tempe ratus est flores producūtur. Item vinis multū abundat de humido aqueo et grosso: cuius signū est quia tempore putationis distillat ab eis quasi humidū lachrymale. Tale autē humidum grossum multum resistit digestioni: ideo vue ad maturitatem tarde proueniūt sc3 tempore autumni. Item Boe. consueuit reddere causas latentes rerum naturaliū quod fuit' iudicium felicitatis. Nam fm Uirgiliu3. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. ¶ Nunc iacet effeto. Hic ostēdit philosophia quomodo Boe. destitutus predicta speculatione de terrenis cogitabat dicēs. Nunc id est pro tēpore doloris. Boe. iacet. id est prostratus est effeto id est euacuato lumine id est speculatione mentis et ipse pressus colla. i. fm colla grauidis cathenis passionum que mētem grauant: gerensq3 decliuū vultum id est inclinatum pondere amissionis rerum temporaliu3. heu cogitur cernere terram stolidam id est bona terrena que homies stolidos efficiunt. ¶ Nota cathena est ferreū instrumentum quo aliquid contra suam naturam detinetur. Quattuor aūt effectus qui sunt gaudiu3: spes: timor dolor: similitudinarie dicunt cathene: quia animū homis detinent et contra suā naturā et rationem ad illicita trahunt. Nam ratio semp deprecat ad optima ex pmo Ethicorū. Et ppterea Boe. in fine huius primi hortatur fugam passionū: ibi. Tu quoq3 si vis. ¶ Item no. non est estimandum q Boe. sic esset ita euacuatus lumine mētis: sicut littera sonat: quia alas fuisset insuffiēs p compositione huius libri. sed philosophia loquit hic compassiue. Ille enim est merito stultus qui inclinat se ad terrena diligendo ipa et non eleuando intellectū suum ad speculabilia: qualis non fuit Boetius. vnde dicit Aug. Tales sunt homines qualia sunt ea que diligunt: quia dilectio transmutat diligentem in similitudinem rei quam diligit. hec. Marquardus.

Mot' celi

Hesperus

Ascensius.

Lyrici carminis materia.



Heu ꝙ precipiti ⁊c. Carmen hoc secūdum primi libri est lyricum sic dictum eo ꝙ ad lyram cani pōt. Quocirca: quia sequētia fere lyrica sunt: dicam hic in generali tria primū que sit materia lyrici carminis. Scdm quod decorum. Tertium quib' nominibus ⁊ cur tot ⁊ tam diuersis soleant nominari. Primum docet Horatius id de arte poetica his verbis. Musa dedit fidibus diuos: puerosq; deorum. Et pugilem victorem ⁊ equū certamine primū. Et iuuenum curas: ⁊ libera vina referre. Donatum est inquit fidibus: id est lyricis chordis cantare diuos et heroas olympiacos ⁊ christiano more deum ⁊ sanctos eius. quia lyrica carmina fere hymni sunt. Item pueros id est filios deorū vel heroas: ⁊ athletam seu pugilem victorem ⁊ equum in curulu certamine vincentem Et curas. id est amores iuuenum: ⁊ libera vina. id est comessationes ⁊ ebrietates que faciūt homines liberius loqui. Et vt paucis dicam lyricum carmen desiderat aut modestam laudationem: aut

Decorum

non amarem irrisionem ne iambicum fiat. ¶ De decore satis dictum est si applicet. Oportet enim precipue vt carmen materie quadret: ⁊ qualitas carminis qualitati personarum vt materie iocunde detur versus fluidus: non stridulus: non impenditus monosyllabis aut spondaicis pedibus qui grammaticem pre se ferunt. Singulis autem carminibus suum decorum est seorsum annotandum.

Nomina lyricorū.

¶ Tertium quod de nominibus lyricorum carminum est facile patebit si nouerimus duplicia esse eorum nomina generalia et specialia. Generaliter dicuntur a lyra lyrica: a cantando dicuntur latine cantica: seu carmina grece: ode aut psalmi a laudatione dicuntur hymni. Specialia autem nomina sumitur a multis ab inuentore. vt Asclepiadeum ab asclapiade: lyconicum a glycone: pindaricum a pindaro: sapbicum ab inuentrice que dicta est sapho: ⁊ sic de alijs. A pede predominante. vt dactilica: iambica: spondaica. A connexione generum carminum. Quia si in oda in versu lyrico non est nisi vnum genus carminis: tunc dicitur monocolos si duo dicolos: si tria tricolos: si quattuor tetracolos. Item a reuersione: quia post vltimum genus carminis reuertitur semper ad primum. seruandus enim est semper vnus: et idem ordo: si ergo vnum est genus carminis: tunc oda non habet reuersionem: sed continuum processum: si duo dicitur distrophos a dis quod est duo ⁊ trophi conuersio. Si tria tristrophos. Si quattuor tetrastrophos. vix plura inuenies connexa. Item singula carmina sumsit nomina ab inuentore: a pede predomināte: ⁊ a numero pedum: ⁊ a numero syllabarum: vnde saphica ab vndecim syllabis hendecasyllaba dicūtur. A numero autem pedum: si duo dumtaxat sunt versus dicitur dimeter: si tres trimeter. ⁊ sic consequenter. Sed hoc sciendum ꝙ in iambicis duo pedes propter eorum celeritatem vnam mensuram faciunt. vnde iambica sex pedum trimetra dicuntur. Hec in generali diximus ne repetēda sint. In speciali autem presens oda est monocolos. dactylica. tetrametra. ⁊ nisi vltimus pes spondeus esset asclepiadea. Est monocolos: quia vnum est genus carminis. Est dactylica: quia sepe tres sunt dactyli: ⁊ duo spondei. Est tetrametra: quia quattuor sunt pedes: ⁊ syllaba abundans propter quam dicitur hypercatalectica. Constat autem ex primo pede dactylo vel spondeo. secundo dactylo et interdum spondeo: ⁊ syllaba abundante que fit vltima dictionis. si suauem vis habere sonoritatē tertio dactylo. quarto spondeo vel eius loco trocheo: quia in omni versu vltima syllaba communis est. Uitande sunt dictiones monosyllabe in fine: ⁊ crebra collisio litterarum per vocalē sequentem aut in aliam vocalem. Materia est congrua: quia continet laudem Boetij. Omnia autem satis exposita sunt in commentarijs superioribus: que si sancti thome sunt: nescio cur adiectum sit.

Quam

hec Marquardus. Pauca tamen grammaticalia addam. Quorum vnum sit ꝙ hec dictio ꝙ tripliciter accipi solet pro eo ꝙ est quātum: ⁊ hoc cum positiuo significare hoc est cum āmiratione aut indignatione aut simili affectione pro quāto ⁊ id rarius cum comparatiuo pro valde: ⁊ id cum superlatiuo quod sepe euenit. Cum positiuo vt hic heu ꝙ precipiti id est quātum precipiti ⁊c. cum comparatiuo apud Uirgilium. Quam magis illa tremens tanto magis aspera flamis. qua magis. id ē quāto magis cum superlatiuo: vt vir ꝙ optimus id est valde bonus. vbi barbare dicunt peroptimus.

Greca locutio

Pressius colla greca est locutio: poetis non oratoribus concessa: que si per nomina fiat synecdoche a sermo diceretur que hanc differentiam obseruat: vt quotiēs per verba aut participia fiat grecam figuram dicat: quotiens per nomina synecdochen: vt hec satis sint.

Prosa secunda libri primi.



Sed medicine: inquit: potius tempus est ꝙ querele. Boc. Tum vo totis ī me intenta luminibus. P. tu es ne ille. ait: ꝗ nr̄o quōdā lacte nutritus: nr̄is educat?

¶ Prosa secunda libri primi.

Sanctus Thomas.



Sed medicine īquit potius. Hic incipit secunda prosa huius primi in q̄ philosophia inuestigat morbum Boe. ex quibusdam signis. secūdo consolatur ipsum ne desperat. Secūda ibi. Cūcq; me non. Primo dicit philosophia. O Boe. ego possem multa conqueri de perturbatione mentis tue; sed nūc potius medicine tēpus est ꝙ querele vero pro sed

tu:id est tunc mulier illa intenta in me totis luminibus:id est oculis ait. Es tu ne ille qui quondam tempore iuuentutis nutritus nostro lacte.i.facilibus documentis.in etate autem perfecta educatus:id est nutritus nostris alimentis.i.doctrinis difficilioribus euaseras:id est perueneras in robur.i.in fortitudinē virilis animi atqui pro certo nos contuleramus tibi arma talia:id est documēta:que nisi prius abiecisses per obliuionem ipsa tuerentur te inuicta firmitate.dicit philosophia.

alimētis: in virilis animi robur euaseras? Atqui talia cōtuleramus arma: que nisi pri⁹ abiecisses inuicta te firmitate tuerēntur. Agnoscis ne me? quid taces? Pudore an stupore siluisti? Mallē pudore:sed te: vt video: stupor oppressit Boe. ¶ Cūq; non modo tacitū:sed elinguem prorsus me mutūq; vidisset:admouit pectori meo leniter manū. P. Et nihil:inq̄t:piculi est:letargu͡z

Agnoscis ne me quid taces siluisti ne pudore:id est verecundia:an stupore:id est mentis alienatiōe; ego mallem:id est magis vellem te siluisse pudore:s; vt ego video stupor oppressit te. ¶ Nota q̄ philosophie deplangēdo Boe.nō facit longam moram ne Boe.desperat super infirmitate sua: ergo dicit philosophia magis eē temp⁹ medicine q̄ querele. Itē boni medici ē totis oculis diligēter respicere faciem infirmi eo q̄ facie magis apparent signa prenosticationis īfirmitatis:ideo philosophia dicit̄ esse intuita Boe.totis luminibus. Item per arma phie intel- Medic⁹.

ligūtur precepta philosophicalia:que persuadent minime extolli in ꝓsperis:nec deprimi in aduersis.hortat̄ eni nos phia ad magnitudinē.magnanim⁹ autem est qui contra deformes insultus fortune vnanimi mentis cōstantia militat.de his et similib⁹ preceptis phie. Boe.oblitus fuit ꝓpter dolorem. ¶ Nota taciturnitas quādoq; prouenit ex pudore quādoq; ex stupore.quādo enim manifestatur alicui aliquid qd̄ vellet celari:ipse efficitur verecūdus ⁊ oculi eius deprimuntur facies eius rubet ⁊ auertit̄ et lingua eius in loquēdo ligatur. ¶ Notandū q̄ stupor vno modo est abundās ammiratio mentis: vt ibi papa stupor mundi. Alio modo est mētis alienatio: et sic accipitur in ꝓposito et inducit taciturnitatē. Ex quo enim motus lingue est s̄m conformitatem ad fantasiam turbatur fantasia sicut contingit in alienatione mentis prepeditur lingua in loquendo ergo dicit philosophia pudore aut stupore siluisti:et quia taciturnitas prouenient ex stupore deterior est q̄ que causatur ex pudore cum ipsa causetur ex aliquo defectu interiori:ideo dicit philosophia mallem pudore siluisses. ¶ Nota s̄m Aug.pudor est corporis:sed pudicitia est mentis. Est autem pudor verecundia ex aliquo casu innata:non auferens memoriam:sed impediēs linguam. Stupor autem est casus memoriam auferens et linguā impediens:et peius est tacere stupore q̄ pudore: q2 melius est memoriam retinendo non loqui q̄ loqui et memoria carere. ¶ Nota philosophia dicit Boetiu͡z habuisse nutritū suo lacte:per nutrimentū lactis intelligitur triuiū:scilicet grāmatica:logica:⁊ rhetorica:quibus iuuenes sunt seriatim informandi tanq̄ facilibus documentis sicut puer lacte nutrimento molli et facilis digestionis vtitur. Sed per hoc qd̄ dicit in virilis animi robur euaseras scilicet ad scientiā mathematicā ⁊c.qua tanq̄ per scientiam magis subtilem homo perfecte etatis efficitur. ¶ Nota philosophia contulit Boetio arma non corporalia:sed spiritualia:sicut sunt virtutes intellectuales quas enumerat Aristoteles.vi.ethico.et sunt illa:intellectus:sapientia:sciētia:ars:⁊ prudentia. Et similiter virtutes cardinales que sunt quattuor:scilicet prudētia:iusticia:temperantia:⁊ fortitudo. Et dicuntur cardinales:quia quandam principalitatem sibi vendicant:scilicet materiam circa quam habent fieri. Illa enim arma abiecit Boetius quando temporalib⁹ adhesit appetitui sensitiuo annuens ⁊ ab attentione celestiū sequestratus. Et de istis armis dicit apostolus. Abiicite ergo opera tenebrarum et induimini arma lucis; sic vt in die honeste ambulem⁹. ¶ Cumq; non modo tacitum. Hic philosophia consolatur Boetium ne desperet dicens. Cum philosophia vidisset me non modo:id est non tantū tacitum:sed prorsus:id est totaliter elinguem: q; ꝑ et mutum:illa admouit:id est apposuit pectori meo leniter manum:et inquit:id est dicit.nihil periculi est circa hunc hominem ipse patitur letargum:id morbum obliuionis: morbum inq̄ cōmunem mentium illusarum: id est deceptarum:et ipse paulisper:id est modicum est oblitus sui: sed facile sui recordabitur:siquidem pro certo cognouerit nos philosophiam:ante.i.prius:quod vt ipse possit facere tergamus lumina:scilicet oculos eius caligātia nube:id est obscuritate rerum mortalium:id est temporalium.hec dicit philosophia.et veste sua contracta: id est cōuoluta in rugam siccauit oculos meos fletibus inundantes: id est humectantes. ¶ Nota q̄ tacitus est ille qui non loquitur: l; habeat potestatem lingue ad loquendum: sed elinguis et mutus dicitur ille qui non solum non loquitur:sed etiam non habet potestatem lingue ad loquendum: et talis fuit Boetius propter stuporem:id est mentis alienationem. ¶ Nota q̄ philosophia innuens se esse bonam medicam consolabatur Boe.dicens.nihil periculi est in homine isto:quia s̄m Sene.in libro de clemētia ad Neronem. Mali medici est desperare ne curetur eger. ¶ Nota q̄ letargia est infirmitas causata ex oppressione cerebri cum obliuione:et iungitur continuo somno: et sic letargus est morbus inducens obliuionem et somnum. Inde letargicus:et est homo qui patitur talem morbum; et di-

Taciturnitas. Stupor. Pudor. Pudicitia. Arma. Tacitus. Elinguis. Letargia.

citur a lethe quod interpretatur oblivio. Etiam lethe est fluuius infernalis. Boetius ergo patiebatur letargum: id est morbum obliuionis: quia si precepta philosophie in memoria habuisset: nunq̄ de amissione rerum temporalium doluisset. Item dicit letargum esse morbum illusarum mentiū: quia mens illusa est: vbi ratio est ligata propter defectuz fantasie: sicut in freneticis vel propter de-

Homo.

fectum memorie sicut in letargicis. ¶ Notandum homo componitur ex anima immortali et corpore mortali. Sed q2 Boetius oblitus fuit bonorum anime: ideo dicitur fuisse sui oblitus non totaliter: sed paulisper: quia adhuc curaz habuit de bonis terrenis que respiciunt corpus. Item homo p philosophiam habet suiipsius perfectam cognitionē. Ad cognoscendum autem illud quod per philosophiam cognoscitur oportet primo philosophiam cognoscere: ideo dicit philosophia: recordabitur sui facile si nos prius cognouerit. Item per vestes philosophie in rugam contractas intelliguntur precepta philosophicalia in vnum volumen congregata: sicut in libro isto: quibus ipsa philosophia Boetium consolatur. ¶ Nota q̄ ad medicum infirmum curare volentem plures requiruntur conditiones. Primo vt qualitates et conditiones respiciat: et vt humores nocentes cognoscat. Secundo ad loquendū commoueat. Tertio si preualida egritudine obmutescat: vt manū corporis infirmi adhibeat. Quarto vt cum verbis consolatorijs reficiat sic philosophia videns dolores Boetij primo eum inspexit. secundo ad loquendum mouit. tertio manum suam corpori apposuit: et quarto verbis consolatorijs reficit.

patitur communē illusarum mentiuz morbum. Sui paulisper oblitus est. Recordabitur facile sui: si quidē nos ante cognouerit. Quod vt possit agnoscere paulisper lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergamus. P. Hic dixit. Oculos meos fletibus inundantes contracta in rugam veste siccauit.

¶ Metrum tertium libri primi: loquitur Boe.



Tunc me discussa liquerunt nocte tenebre
Luminibusq3 prior redijt vigor
Ut cuz precipiti glomerātur sydera coro
Nymbosisq3 polus steterit imbribus
Sol latet: ac nondum celo venientibus astris
Desuper in terram nox funditur
Hanc si trahicio boreas emissus ab antro
Uerberet et clausum reseret diem



Ascensius.



Ed medicine inquit &c. Hec prosa satis clara est et nō negligenter declarata: quapropter frustra longus essem. Meminerit tamē iuuenis lector illas duas voculas medicine et querele hoc loco potius esse datiui casus q̄ genitiui. non enim pulchre diceris tempus est studij: sed tempus studendi: vel tempus ē studio: id est ad studium. Non esset tamen omnino incōgruum si dicatur tempus studij. Sciat autem illic. Si quidem nos ante cognouerit: si quidem diuisum esse legendum. Sunt enim due dictiones: et ordo est. Recordabitur facile sui. recordabitur inq̄ quidem: id est certe si cognouerit ante: id est prius nos. Multi in eo vocabulo errant: et interpres etiam hoc loco. vide Vallensem.

¶ Metrum tertium primi libri.

Sanctus Thomas.



Tunc me discussa. Hic incipit tertium metruz huius primi libri cuius primus versus vocatur metrum dactilicum exametrum. secundus dicitur metrum alcmanicum ab inuentore tetrametrum a numero pedum dactilicum a pede predominante: et cathalecticum: quia nulla syllaba abūdat nec deficit. In hoc metro Boe. declarat per quoddam simile quomodo remotis impedimentis vigorem cognitionis recuperauit: et est talis similitudo. Sicut coro flante nubes generantur: et per interpositionem nubium sol et alia nobis occultantur: sic aduersitate imminente homo afficitur diuersis passionibus obscurantibus intellectum: et sicut austro flante nubes dissoluuntur et radij solares reuertunt: sic aduersitate adueniēte cōsolatione phica passiones sedātur et intellectus illuminat. Dicit ergo in littera. Tunc cum phia tersit oculos meos tenebre liquerūt me discussa nocte. i. obscuritate et prior vigor cognitionis redijt luminib' meis. i. oculis: vt p sicut sol latet. i. occultatur cum. i. quādo sydera: id est stelle glomerantur. i. inuoluunt precipiti coro: id est tali vento. et polus: id est celum steterit: id est stare videtur nymbosis imbribus: id est pluuijs nubilosis: ac pro etiaz nox: id est obscuritas funditur desup: id est de nubibus in terram nondum. i. non adhuc astris. i. stellis venientibus. i. apparētibus in celo. Si boreas em issus a trahicio antro: id est trahicie regionis verberet

id est depellat hanc noctem: id est obscuritatem ⁊ reseret clausum diem: tunc phebus: id est sol emicat. id est lucet. et vibratus: id est fortificatus lumine suo ferit: id est percutit oculos hominum mirantes subito lumine solis post tenebras. ¶ No. philosophia trahit hominem ab obscuritate ignorantie ad lucem sapientie et libro de pomo Aristo. et etiam per me tristam. Ars hominem firmat nec sinit esse malum. Et ergo cum philosophia siccasset oculos Boe. fugatis tenebris ignorantie rediit vigor intelligentie. ¶ Nota quattuor sunt venti principales qui flant a quattuor partibus mundi scz oriente occidente. septentrione. et meridie. quorum quilibet habet duos collaterales: et sic sunt duodecim venti que his versibus continent. Flant subsolanus vulturnus et eurus ab orti. Atque die medio notus heret ⁊ affricus austro. Circius occasus zepphirus ⁊ fauonius afflant. Sed veniunt aquilo boreas ⁊ cor⁹ ab arcto. Corus ergo est ventus quo flante generantur nubes. ⁊ conglomerant sydera sic quod per nubes occultantur. ¶ Nota quod polus est stella que semper in eodem loco videtur: sed hic polus ponit pro firmamento tanquam pars pro toto per synodochem. ¶ No. quod polus. i. celuz dr stare quando est obductum nymbosis imbribus: non quod stet sed quia motus eius tunc nobis non apparet. motum enim celi non percipimus nisi per motum alicuius stelle: cum autem celum est coopertum obscuris nubibus nulla stella videri potest. ¶ Nota secundum Aug. nymbus est nubium densitas et intempestate orta: ⁊ sic dicit Boe. hic nymbosis imbribus id est densis pluuiis ⁊ est ratio quia tenuis nubes non impedit aspectus astrorum. ¶ Nota quod boreas dr flare ab antro traicio: quia forte regio traicie est cauernosa de cuius cauernis exit ventus generatus ex vaporib⁹ siccis in terra. ¶ Nota postquam philosophia tersit oculos Boe. et eosdem a fletu lachrymarum compescuit: restitut⁹ fuit pristino vigori. vnde oculi ipsius Boe. vt ratio et intellectus obfuscati erant tenebris ignorantie cum istis temporalibus adhesit propter amissionem rerum temporalium diuersis fuit subiectus passionibus. Sed philosophia oculorum caliginem abiecit. cum ipsius intellectum illuminauit tenebras ignorantie fugando a lumine spirituali vt scientia illuminando. Ascensius.

Venti

Emicat ⁊ subito vibratus lumine phebus.

Mirantes oculos radiis ferit.

¶ Prosa tertia primi libri.



Haud aliter tristicie nebulis dissolutis hausi celum et ad cognoscendam medicantis faciem mentem recepi. Itaque vbi in eam deduxi

Polus

Nymbus



Tunc me discusse. Ode secunda est dicolos distrophos: quia continet genera carminis. Quorum primum est heroicum exametrum. Secundum tetrametrum simile alemanico: nisi quod in alemanico falisco vltimus pes spondeus. hic autem econtrario vltimus semper dactilus. De exametro prius dictum est. Tetrameter aut versus alemanic⁹ dactylicus acataleticus constat quattuor dactylis spondeisue. aut permixti: sed vt dixi Boe. fere nouum genus excogitauit. nam in secundi carminis fine discessit ab asclepiadio ponendo spondeuz pro dactylo: et hic ab alemanico ponendo dactylum pro spondeo. Hic versus raro habet spondeum penultimum: sed fere duos dactylos in fine. De quorum ex secundo carmine huius primi satis patet. Et expositio per superiores commentarios. Scias tamen lector eorum sine aspiratione scribi pro vento. Nam idem etiaz caurus dicitur. habet autem corus pro vento primam longam: quia au syllaba frequenter in o longam mutat: vt caulis colis: plaustrum plostrum: maurus mor⁹: cauder coder: caurus corus. sed chorus pro corona seu congregatione psallentium aut choream ducentium primam corripit. Est autem chorus ventus flans ab occasu solstitiali: et autore Pli. lib. ii. grandines importat. Unde hic dicitur. Nymbosisque polus steterit hymbribus. Ubi verbum steterit non significat quietus fuisse: sed plenum ⁊ obductum: sicut autore Seruio apud Uirgilium cum dicit. Stant ⁊ iuniperi ⁊c. ⁊ pluribus aliis locis. Boreas emissus dicit ab antro trabitio: quia ventus septentrionalis est. Trabitia autem est sub septentrione: legitur autem trebitio greco more. Reserare est apire: quia particula re composita cum dictione significante clausuram aut occultationem contrariam significationem inducit: vt sero ⁊ resero: claudo ⁊ recludo: velo ⁊ reuelo: tego ⁊ rethego: contraria significant. Clausum diem bene protulit in masculino genere: quia hoc nomen dies quando accipitur pro tempore lucis distincto a nocte masculini: vel plurimum est generis: quando vero pro tempore indifferenti tam nocturno quam diurno semper est feminini generis: vt Seruius et Ualla docent. Errant autem qui nunquam in feminino genere tempus lucis significare dicunt. In plurali autem ⁊ eius compositum meridies solius masculini sunt generis. Cetera notissima sunt nec nostre interpretationis indigna.

Corus

Stare

Referare.

Dies

¶ Prosa tertia primi libri.



Haud aliter tristitie nebulis. Hic incipit tertia prosa primi libri in qua Boe. ostendit quomodo philosophiam cognouerit. Et diuiditur: quia primo ostendit quomodo philosophiam cognouit ⁊ qualiter de presentia eius admirari cepit: ⁊ quomodo philosophia sibi respondit. secundo probat philosophia persecutiones sapientium a vulgaribus non esse nouam. secundo ibi. Nonne apud veteres. dicit primo. Haud pro non. aliter nebulis tristitie mee dissolutis. i. fugatis per consolationem philosophie: quasi sicut nubes dissoluuntur perflatum boree, sic ego Boe. hausi. i. respexi. celum. i. sursum et rece-

Sanctus Thomas.

oculos intuitúq; defixi: respexi nutricem meam in cu-
ius ab adolescētia laribus obuersatus fueram: phylo-
sophiam. Et quid inquā tu in has exilij nostri solitu-
dines omniū magistra virtutum superno cardine de-
lapsa venisti. An vt tuquoq; mecum rea falsis crimi-
natiōibus agiteris? Phi. An inquit te alūne desererē:
nec sarcinam quam mei nominis ex liuore sustulisti cō
municato tecum labore partirer? At qui philosophie
phas non erat incōmitatum relinquere iter innocen-
tis: meā si criminationem vererer et quasi nouum ali-
quid accideret perhorrescerē. Non enī primum censes
apud improbos. Mores lacessitā periculis esse sapien-
tiam? ¶ Nōne apud veteres q; ante nostri platonis

pi mentem: id est vigorem rationis ad cognoscendam faciē medicantis id est medici. Itaq; ꝓ ergo vbi id est postq̄ ego deduxi id est conuerti oculos. q; pro et defixi id est stabiliui intuitum in eam respexi nutricem meam philosophiam in cuius laribus id est scolis fueram obuersatus ab adolescentia id est a iuuentute mea: et inq̄ id est dixi. O magistra omniū virtutū quid id est ꝓpter quid tu venisti lapsa: id est progressa superno cardine id est de celesti porta in has solitudines id est loca deserta nostri exilij id ē nostre relegationis. an id est nūquid ꝓpter hoc venisti vt existēs rea id est tanq̄ culpabilis mecum agiteris id est molesteris multis criminationibus. Illa philosophia inquit id est dixit. O alūne id est per me nutrite. an id est vtrū te desererem: quasi diceret non nec partirer id est diuiderem tecū cōmunicato labore: id est diuiso labore sarcinam id est pōdus quas tu sustulisti ex liuore id est ob inuidiam mei nominis id est ratōne sapientie at qui pro certe nō erat phas id est honestū philosophie relinquere iter innocētis incomitatū. i. sine comite supple si ego te dereliquissem ego vererer: id ē timerem meam criminationem id est meam damnationē: et valde perhorrescerem quasi aliquid nouum accideret supple circa te: enim pro quia: nun. i. nunqd tu censes id est iudicas primū ipam sapientiam esse lacessitam id est manifestam periculis id est perturbationibus apud improbos mores id est male morigeratos ho-

Phia: medica. mines quasi diceret hoc non est nouū. ¶ Nota philosophia dicitur medicina sicut enim medicus morbo fugato sanitatem inducit: sic philosophia ignorantia relegata vitam vtriusq; seculi condonat nam habetur in libro de pomo Aristo. Qui philosophiam inuenerit vitam in vtroq; seculo inuenit. et alibi. Qui me inuenerit vitā inueniet et hauriet salutem a domino et ideo dicit Boetius faciem medicantis. ¶ Notandum q; Boe. non solum deduxit oculos in philosophiam sed defixit in eam intuitū per quod innuitur q; qui vult philosophari oportet se totū tradere philosophie per continuū studium et laborem. Nam sicut vna yrundo adueniens non facit ver nec vna dies calida

Phandū continue. facit estatem: sic nec vna speculatio philosophica facit philosophum. ¶ Nota q; tempus oportunū ad philosophandum est tempus adolescentie quod innuens Boetius dicit cuius laribus ab adolescentia fueram obseruatus. Nā etas hominis assimilatur cere: que si nimis est mollis vel dura nimis formam sigilli non recipit nec retinet. si autem est temperate mollis vel dura figuram recipit et retinet. sic etas nimis tenera sicut infantia non recipit doctrinā philosophicam nec etas nimium dure sicut decrepitus: sed etas temperata qualis est adolescentia que faciliter intelligit et intellecta memorie commendat. ¶ Nota per lares philosophie intelliguntur diuerse secte philosophorum sicut. Aristote. Platonis: quibus Boetius ab adolescentia fuit obseruatus: et dicit. Aug.

Phandi tempus. q; obseruari idem est q; conuersari. ¶ Notandum q; philosophia dicitur magistra omnium virtutū quia omnes virtutes morales docet: vt patet ex ethicis: et dico morales propter virtutes theologicas que sunt fides: spes: et charitas. et dicitur philosophia delapsa a superno cardine: qr omnis sapientia a domino deo est. nam sicut scribitur in prologo libri de regimine principū. Deus est qui diuitias sue sapientie influxit animabus: id est studentibus tribuit gratiam cognoscendi cui nihil est difficile: sine quo nihil est possibile possideri. ¶ Nota vt postea patebit q; Boetius false crimina batur de litteris compositis et de impedimento delatoris: et illud quod faciebat sapientia dicebatur facere arte magica: ideo dicit ad philosophiam. Nunquid venisti tu mecum rea falsis crimina

P. phia. tionibus agiteris. ¶ Nota philosophia tangit tres rōnes propter quas non debuit relinquere Boetium. Prima est quia nutrix non debet relinquere suū alūnum. Secunda qui patitur propter alius non decet vt deseratur ab illo. Tertia quia non decet philosophiā relinquere innocentē. Boeti' autem fuit alūnus philosophie: ipse patiebat iniurias propter philosophiā et fuit innocens: ergo rc. ¶ Nota fm Aug. lacesso. i. cum desiderio lacero vel vexo: vel iniurijs affligo. ¶ Nōne apud veteres quoq;. Hic phia probat persecutionē sapientū a vulgaribus non esse nouam; et hoc primo probat

etatem magnum sepe certamen cum stultitie temeritate certauimus. Eodemq; superstite preceptor eius Socrates iniuste victoriā mortis me astante promeruit. Cuius hereditatem cum deinceps epicureum vulgus ac stoicum ceteriq; pro sua quisq; parte raptū ire molirentur: meq; reclamātem renitētēq; veluti in partē prede traherēt: vestem quam meis texuerā manibus disciderūt: arreptisq; ab ea pāniculis: totā me sibi cessisse credentes abiēre. In quibus quoniā quedā nostri habitus vestigia videbātur meos esse familiares: imprudentia rata nōnullos eorum ꝓphane multitudinis errore peruertit. ¶ Qd si nec anaxagore fugā: nec socratis venenū: nec zenonis tormēta (q̄m sunt ꝑegrina) nouisti. ac canios atq; senecas ac soranos: quorū nec ꝑuetusta nec in celebris mēoria ē scire potuisti. Quos nihil aliud in cladem detraxit: nisi ꝙ nostris moribus instituti: studijs improborū dissimillimi videbantur. Itaq; nihil est qd̄ ādmireris si in hoc vite salo circūstātibus agitemur ꝓcellis: quibus hoc maxime ꝓpositū est pessimis displicere. Quorū q̄dē tametsi numerosus exercitus spernādus tñ est: quoniā nullo duce regitur

exemplis antiquis. secundo magis modernis. tertio ostendit quid sit faciendum contra insultus vulgarium. secūda ibi. Quod si nec. tertia ibi. Quid si quando contra. primo dicit. Benedixi ꝙ persecutio sapientium vulgaribus ⁊ a malis non est noua. Unde apud veteres ante etatē nostri Platonis philosophia sepe certauimus magnum certamen cum temeritate stultitie id est cum stultis et temerarijs hominibus eodemq; platone viuente magister eius Socrates iniuste promeruit victoriam mortis me sibi astāte cuius Socratis hereditatem: id est sciētie hereditarie relicta suis discipulis cum epycureum vulgus et stoicum ⁊ ceteri molirent: id ē laborarent ire raptum: id est rapere vnusquisq; pro sua parte: et cum ipsi traherent me philosophiam in partem prede me reclamantem: id est contradicentem ⁊ q; pro et remittētem ipsi disciderunt vestem meam quam texueram meis manibus ⁊ ablatis pānicules abierunt credentes me totam sibi cecisse. ⁊ quia in istis apparuerunt quedam vestigia nostri habitus id est prudentie: imprudentia vulgarium rata: id est opinata ipsos meos esse familiares: id est meos discipulos ratōe sapientie peruertit nōnullos eorum. i. aliquos: errore: id est persecutione prophane multitudis id est indocti vulgi: sicut vulgares solent peruertere doctos. ¶ Nota ꝙ ante tempus Platonis multi sapientes persecuti fuerunt a vulgaribus ⁊ tempe platonis. Socrates magister ei⁹ interijt propter sapientiam. Nam ipse cognouit sua sapientia esse vnum deum. alios autem colentes plures deos redarguit quod percipiens dux athenienſium nomine Anetus coegit ipsum bibere venenum in nomine vnius dei et nihil sibi nocuit. Postea coegit ipsum bibere venenum in nomine plurium deorum et interijt. ¶ Nota mortuo Socrate discipuli sui qui sententiam socratis tanq; hereditariam sibi vēdicabant inceperunt dissentire in quo magister eorū Socrates posuisset summum bonum. quidem eñ suorum discipulorū dicti epicurei dicebant ipm posuisse summū boni in voluptatibus. Alij sicut stoici dicebant ꝙ in v̄tutibus ⁊ quilibet eorum pro defensione sui opinionis rapuerat auctoritates philosophie ipas extorte exponendo ꝑpter quod philosophia dicit illō reclamasse: ⁊ sic male exponēdo sciderūt vestes philosophie: ⁊ particulas abstulerunt: ⁊ q̄uis non essent veri philosophi: quia tñ videbantur esse multi eorum a vulgaribus occisi sunt. ¶ Qd si nec anaxagore fugam. Hic philosophia probat persecutionem sapientum exemplis magis modernis dicens. O Boeti si nō nouisti fugam anaxagore: nec venenum socratis: nec tormenta zenonis: q̄m ista sunt peregrina: id est extranea ⁊ aliena. tamē tu potuisti scire canios: id est persecutiones canij. ac Senecas ac soraneos: id est sequaces sorantij. quorum memoria non est peruetusta: id est valde antiqua. nec in celebris: id est non sine gloria quos viros nihil aliud detraxit in cladem. i. mortem nisi ꝙ instituti id est informati nostris moribus ipsi videbant dissimilū studijs improborū. Itaq; nihil est. i. non est causa ꝙ tu admirere: id est debeas admirari si in hoc salo vite id est amaritudine nos sapientes agitemur. id est vexemur procellis id est aduersitatibus malorum circumstantibus quibus nobis sapientibus maxime propositum est: id est intentio displicere pessimus: quorū maiorum si sit innumerosus exercitus: tamen est spernendus: quia nullo duce supple rationis igitur

sed tantum rapitur errore limphante: id est precipitante eos ad modum lymphe temere .i. stulte ac passim id est vbiq;. ¶ Nota q anaxagora a stulticiam hominẽ solem pro deo colentium reprehẽdit dicens solem non esse deum: sed lampadem ardentem. pp̃ter quod reus iudicatus est et in fugam compulsus: ergo dicit philosophia. Anaxagore fugam. ¶ Nota dicit socratis venenũ. de quo dictum est supra q veneno interijt. Similiter zeno: multa tormẽta ratione sue sapientie sustinuit.

sed errore tantũ temere ac passim lymphãte raptat.

¶ Qui si quãdo cõtra nos aciem astruẽs valentior incubuerit: nostra quidẽ dux copias suas in arcem cõtrahit. Illi vero circa diripiẽdas inutiles sarcinulas occupant. At nos desup irridemus vilissima queq; rerũ rapientes securi totius furiosi tumultus: eoq; vallo muniti quo grassanti stultitie aspirare phas non sit.

¶ Nota q Canius Seneca Soranus fuerũt nobiles romani et moribus philosophie instructi: pp̃t quod interierũt. Unde canij dicebãtur imitatores a magistro suo Canio. Similiter Soranij dicuntur a Sorano qui fuit poeta et eius sequaces ab eo denominantur. ¶ Nota de Seneca dicit Boetius in de disciplina scholarium q nero familiarem suũ preceptorẽq; Senecam ad eligende mortis arbitrium coegit. ¶ Nota q sapientes dissimiles studij sunt improborum: quia dicit Cice. in lib. de amicitia dispares mores dispa-ria sequuntur studia quoꝝ dissimilitudo dissoluit amicitiã: nec vnq̃ improbi probis: nec probi improbis amici esse possunt: nõ ob aliam causam: nisi tanta est inter ipos distantia quãta potest esse studioꝝ malorũq; moꝝ distantia. ¶ Nota q ppositum sapientum est displicere pessimis: quia dicit Seneca de remedijs fortuitoꝝ. Malis displicere laudabile est: et alibi virtus sese diligit aspernatq; malum. et poeta. Opto placere bonis: prauis odiosis haberi. ¶ Nota dicit exercitum malorum esse numerosum. quia sm̃ Solomonẽ. Stultoꝝ infinitus est numerus: et peruersi difficulter corriguntur. ¶ Nota q mali non reguntur duce rõnis: quia ratio depcatur ad optima: mali aũt operantur pessima. Ducuntur eñ errore sensualitatis vitam bestialem prosequentes. de quibus dr̃ in libro Ethicorum. Quidam sunt homies vitam pecudum eligẽtes similes sardanapalo. et ergo dicit philosophia q tales non sunt timẽdi: quia ex quo non regũtur per rationẽ. tunc eorum fatuitas facilr̃ dissipatur. ¶ Qui si quando contra. Hic philosophia ostendit quid sit faciendũ contra insult9 malorũ dicens. Si exercitus maloꝝ incubuerit. i. insiluerit struens. i. faciens aciem. i. bellum cõtra nos sapientes quidem pro certo nostra dux. i. ratio contrahit. i. colligit copias. i. scientias et virtutes in arcem id est in altitudinẽ speculatõnis celestium. vero pro sed illi mali occupãtur circa diripiẽdas. i. auferẽdas inutiles sarcinulas. i. diuitias corporales qui sarcina et põdus corporis sunt: inutiliter animã submergentes at nos sapientes in cõtemplatione celestium constituti irridemus malos rapiẽtes q; vilissima rerum: nos securi existens totius furiosi tumultus. i. contra furiosum tumultum malorũ quia non sumus muniti eo vallo: id est munimine quo nõ sit phas aspirare: id est accedere stultitie grassanti: id est impugnanti nos. ¶ Notandũ Boe. hic nostram rationem appellat ducem: vnde ratio diffinitur sic. Est habitu dirigens omnẽ rationem humanam in vltimũ et optimum finem. ¶ Item nota per arcem ipe intelligit altitudinem speculationis celestium et ad hanc ducit nos ratio: et hoc est vltimũ bonũ humane vite quod nullus auferre potest. ¶ Nota copie in hoc loco dicũtur appetitus sensitiui: et dicũtur copie quasi cupie: quia cupiũt res aliquãdo contra rationẽ: et tales copias debet regere ratio et de se munire vallo humilitatis et patiẽtie: et tunc omnes impugnatões aduersitates et miserias equanimiter sustinebit: et tẽtationes et delectationes noxias: quas suggerit diabolus et caro compellit: et mũdus cõmouens non timebit. hec Marquardus. ¶ Item nota ille merito est deridendus qui malori et meliori bono dimisso eligit et occupatur circa bona viliora: sed sapientes eligunt bona anime que sunt maxime bona. primo Ethicorum. Et vulgares eligunt bona temporalia que dicũtur vilissima rerum: quia impediunt hominẽ in cognitionẽ summi boni. ¶ Notandum arx arcis est altum edificium in quod hostes pugnant. hic autẽ accipitur pro contemplatione celestium: et spe futurorum bonorum. Nam per hec duo sapientes oẽm aduersitatẽ maloꝝ superant. et circa cõtemplationem diuinorum tota intentio sapientis versatur. Unde Boetius in tractatu de summo bono dicit. Philosophia maxime delectatur in primo principio et in contẽplatione summe bonitatis. Et hec eñ est vita philosophoꝝ sine qua nemo viuit vita recta. ¶ Nota de hoc nomine vallum dicit grecista. Est valus palus circa castrum preacutus. Nexio palorum et sed murus sit tibi vallum. ¶ Nota aspirare sm̃ Hugui. est anhelare conari vel deuenire. Item sm̃ eum grassor ris. per g. est inuadere vel crudeliter impugnare.

Proposi-tũ sapiẽtũ

Arx.

Valus
Vallum

Ascensius.





Aud aliter tristicie zc. Veluti in prohemio nostro diximus. Boe. duo principaliter intendit in hoc opere: alterum vt se a crimine et suspitione criminis purget suam innocentiam et vite integritatem ostendendo. Alterum vt desolatos et illi casu oppressos consoletur. vtrũq; autem in hac prosa inchoat purgationẽ cum philosophia eum innocentem profiteatur; consolationem quãdoquidem id alijs quoq; magnis et pro-

bis viris euenisse ostendit. In qua re non est principalis consolatio: me quidem iudice: quod vt aiunt
solatium est miseris socium habere in penis. Quia sicut bonum quanto cōmunius eo melius ita
e conuerso: malum quanto cōmunius tanto execrabilius. Eo tamen pacto fere se habet fragilis no
stra mortalitas: vt modestius toleremus que pluribus infligi conspicimus. Uerum ex ea re prin
cipaliter se consolatur Boetius quod non possit sibi dedecori dari si patiatur quod bonos viros ali
quando passos fuisse docet. Quod efficax argumentum est ad probandum et si vinctus et in carce
re sit: non continuo maleficium perpetrasse. Utitur autem exemplis tam grecorum quam latinorum
tam veterum quam nouitiorum philosophorum. De grecis autem philosophis non obscura est ex laer
tij monimentis historia. Ueruntamen si quis eum ad manus non habeat. De anaxagora sic inquit.
Anaxagoras hegesibulo siue eubulo patre clazomenias anaximenis fuit vir nō modo generis glo
ria ex opibus: verum animi quoque magnitudine clarissimus qui suis totum patrimonium con Anaxago-
cessit ad speculandum rerum naturam se conferens. patriamque sibi celum esse iudicans: docebat ras.
solem esse candens ferrum et penitus ignitum. Primus homeri poema de virtute et iusticia com
positum esse dixit. Uaria autem de eius damnatione referuntur. Nam in successione philosopho
rum tradit Sotion a cleone impietatis accusatum: quod solem candentem diceret laminam ac peni
tus ignitam. Defensum autem a pericle discipulo quinque talentis mulctatum: exilioque damnatum
fuisse. Porro Satyrus in vitis a Thucydide accusatum qui contraria pericli in republice admini
stratione sentiret neque impietatis modo verum et proditionis: absentemque morti addictū: et cum
illi renunciata esset et damnatio sua et filiorum mors ad alterum dixisse. Iampridem aduersum il
los atque se ex equo naturam tulisse sententiam. Ad alterum. Sciebam me genuisse mortales. Alij
hoc ad Solonem referunt. alij ad Xenophontem. Nunc autem manibus etiam proprijs sepelisse
liberos demetrius phalereus in libro de senectute testatur. Hermippus in vitis carcere inclusum
addictumque morti tradidit. Periclem vero percontatum: an illius vitam in aliquo criminaretur:
cum nullum ei crimen impingi comperisset dixisse. At qui ego discipulus istius sum. Nolite igitur
inquit: calumnijs inducti illum perdere: verum mihi potius obtemperare: liberumque abire permit
tite: sicque factum esse. Hanc tamē illum iniuriam egre tulisse: ac sponte inde discessisse. hec laertius
vnde patet qd dicit Boe. Nec anaxagore fugam. De socrate autem tum ex eo tum ex alijs hec fide
liter sumpsimus. Socrates sophronisco patre lapidario matre phenarete obstetrice natus athe Socrates
niensis patria: pago alopecensis fuit poetice artis peritus: phisice peritissimus: verū cū et astro
rū contemplatione non satis vberem. fructum consequi sibi videretur: ad moralem philosophiā quam
ethicam vocāt animū appulit: eamque fere primus studiosisse docuit. vnde philosophiam a celo in
terras deuocasse narratur: fuit belli et domi clarus iniuriarum et conuitiorum patientissimus: animi
tamen inuicti: quem vnum delphica oracula sapientissimum predicarunt. vnde plerique inuidia mo
ti: eius accusandi causas queritabant: tres eius precipue accusatores leguntur fuisse. Anitus. Me
lytus. et Lycon. Anitus quidem officium ciuiliumque partes tuebatur. Melitus autem poetarum
accusans eum adolescentum corruptorem et deorum execratorem. Lycon vero oratorum. Dam
natus est iudicium ducentis octuaginta: et vna sententijs: et cicutam que est herba tam frigida vt
veneni vim habeat in carcere athenien. bibens postquam multa de imortalitate animorū differuerat
diem obijt. Cuius interitus postea atheniēsibus tm̄ dolorē incussit: vt palestras et gymnasia clau
derent et alios quidē exilio: melitū vo morte damnarēt. Socratē aūt enea statua honorarent. Erat
vehemens disputator: pauca aut nulla scripsit: sed eius adiutores et pcipue plato: at eius doctrina
sumpsisse putant fere quam scripserit oīa. Ex his pz cur dicat Boe. Socratis venenū. Addit nec zenonis zeno
tormenta. Pro quo sciendum quod tametsi. Laertius octo zenones fuisse dicat: de eleate tamen
nunc boetium loqui certum est. Erat enim zeno eleates. Piretri filius. Uir sapientie plenissimus
et egregia animi libertate preditus. Iniuriarum minus patiens: dyalectice inuentorem fuisse di
cunt. Is cum Nearcum tyrannum siue dyomedontem deijcere ac profligare voluisset comprehen
sus est. Cumque tyrannus eum per irrisionem interrogaret de conscijs et armis que in liparis habue
rat volens ipsum desertum destitutumque ostendere omnes illius amicos coniurationis esse con
scios dixit. Deinde cum de quibusdam dixisset: quiddam sibi ad aures loqui velle significauit eamque
mordicus apprehensam non ante dimisit quam dentibus perforasset idem passus quod aristogito
tyrannicida. Demetrius vero in equiuocis nasum ei abscidisse ait. Porro anthistenes in successioni
bus illum cum amicos nunciasset rogatum a tyranno esset ne alius quispiam dixisse ait. Tu ciuita
tis pernicies. atque astantibus ita locutum esse. Admiror equidem vestram vecordiam si horum
gratia que nunc ego tulero tyranno seruire decernis. Demum precisam linguam in ora tyranni cō
spuisse: ciuesque continuo facto impetu lapidibus tyrannum obruisse. Hec omnes ferme: ita tradi
derunt. Ceterum hermippus illum in cauum lapidem iniectum contusumque fuisse ait. hec Laerti
us. Ex quibus patet que fuere zenonis tormenta: quibus Boetius meminit. Senece autem cete
rorumque mortem notissimam puto omnibus qui res romanas legerunt. Canij autem in quarta
prosa huius primi libri meminit. Restat igitur paucuilas voces interpretari. Lar in vtroque nume
ro: sed sepius in plurali pro suis cuiusque edibus accipitur: per eam figuram qua deorum no
mina pro rebus quibus presunt accipiuntur. Sunt enim Lares dij familiares et domestici. qui
et penates et genij non sine discrimine dicuntur. ¶. Meam si criminationem vererer et quasi no Lares
uum aliquid &c. Sic intelligo. Ego inquit philosophia: per horrescerem: id est multum et perfecte

horrorem si ego vererer meam criminationem: et si aliquid quasi nouum acciderit. Duo enim sunt que nos perturbant. nouitas rei que periculum pre se fert etiam si nullum sit: et periculi certitudo et ineuitabilitas. Meminerit autem grammaticus potius legendum esse si criminationem mei vererer: quam meam. Meus enim tuus suus: noster vester actionem aut possessionem important: et ob id volunt cum verbali actiue aut possessiue virtutis construi. Mei autem tui sui nostri et vestri: tantum passionem quo circa passiuum verbale esse flagitant: vt criminatio mei quam ego patior criminatio mea est quam ego facio. hic ergo dicendum erat mei: et sic scripsisse Boetium puto: licet aliter

Lacesso habeatur. Lacesso et similia verba in so si laurentio vallensi credendum est non desiderium animi sed actionem corporis et quandam itionem significant: vt viso visum eo etc. Salum est mare salsum cuius fluctibus instabilitas mundi aptissime comparatur. Numerosus exercitus sic scriptus est in bonis codicibus cum tamen multi legant numerosus etc. non animaduertentes quod tametsi in hac significatione recte dicatur innumerus: non recte tamen dici innumerosum. Que enim in osus exeunt fere plenitudinem important. Innumerum autem est sine numero: vnde innumerosum esset plenum sine numero quod inepte dicitur. Numerosus ergo exercitus est abundans et multi numeri seu copiosus. Passim id est per singulos passus lymphante. i. stolide titubante aut oberrante

Lympha Lympha enim est quasi id quod nympha que est aquarum dea: quo circa per metonomiam tam nympha

Nympha quam lympha pro aqua reperitur: inde quidam lymphatius vinum dicunt quod aqua abundantius mixtum est: quod latini potius dilucius dicant lymphatum enim potius insanum aut furore captum dicimus: eo quod apud gentilitatem olim qui incautius deas quas nymphas aut lymphas vocabant in

Copie sar aquis viderant subito furore inuadebantur. Pro furente ergo recte hic accipitur. Copie in plu-

cinula rali numero abundantem exercitum significant. In qua significatione singulariter non nisi licenter et poetice reperitur: vt secundo Eneid. Respicio et que sit me circum copia lustro. Sarcinulas apte posuit. Sunt enim sarcinule fasciculi migrantium. hoc est quos colligunt et deportant mutantes mansiones suas. vnde milites dum castra mutant sarcinulas colligere dicuntur. Vilissima quecumque

Vile quisque. rerum. Vile est quicquid parui emitur etiam si vilissimum sit. vnde panis vilis dici potest. Quisque superlatiuo iungi vult: aut numerali ordinis cum quo non ordinem: sed quotus de illo numero significat: vt dicimus quisque: est quotus de decem: siue primus: siue secundus siue alius. Iungi autem so-

Rerum let continue superlatiuis: vnde legendum est. Vilissima queque rerum potius quam vilissima rerum queque vbi grammaticus annotat genitiuum rerum sub deformitate generis posse construi cum nomine collectiuo seu superlatiuo: vt apud Horatium in sermonibus. Quid agis dulcissime rerum. Et hoc vilissima rerum. Sed hic potest quodammodo absolute seu substantiue positum dici. Securi. id est seorsum a cura. Aduerte autem discrimen esse inter securum et tutum: quia securus est qui cu-

Securus ram non habet: licet in maximo versetur periculo. tutus autem qui defensus est et protectus et

Tutus. ob id extra periculum positus: tametsi maxima sit cura et animi sollicitudine. vnde ebrij et stolidi sepe securi: raro tuti. Cetera nota sunt.

Sanctus Thomas. Quisquis composito. Hic incipit quartum metrum huius libri quod vocatur metrum valenticum ab inuentore et constat ex spondeo: dactylo et tribus trocheis. vnde potest dici metrum trochaicum a pede predominante. In hoc metro philosophia ostendit qualiter homo debeat se habere vt persecutiones improborum non preualeant contra ipsum: et hoc primo declarat quibusdam sillibus. secundo exclamat contra timentes tyrannos. secunda ibi. Quid tam miseri dicit primo. Quicumque homo serenus. i. clarus virtute composito euo. i. ordinata vita egit. i. calcauit sub pedibus superbum fatum. i. euentum rerum temporalium et quicumque tuens. i. respiciens vtramque fortunam. i. prosperam et aduersas rectus. i. non flexus potuit tenere vultum. i. animum inuictum ita quod non vincatur prosperitate extollendo nec aduersitate deprimendo: illum hominem non mouebit. i. turbabit rabies ponti. i. inundatio maris exagitantis. i. mouentis funditus. i. a fundo estum versum. i. ebulitionem versam: quia in ebulitione maris aqua vertitur per fluxum et refluxum. q. d. Impetus maris faciens ebulitionem non nocebit illi homini qui non extollitur in prosperis nec deprimitur in aduersis: nec tali homini nocebit ignis vesceui montis quotiens ille mons torquet. i. emittet ignes fumificos ruptis caminis. i.

Metrum quartum primi libri.



Quisquis composito serenus euo.
Fatum sub pedibus egit superbum.
Fortunamque tuens vtramque rectus.
Inuictum potuit tenere vultum.
Non illum rabies mineque ponti.
Versum funditus agitantis estum.
Nec ruptis quotiens vagus caminis.
Torquet fumificos vesceuus ignes.
Haud celsas soliti ferire turres.
Ardentis via fulminis mouebit.

cauernis suis.q.d.nec tali hoi nocebit vagus vesevus suis ignibus nec illum hominem mouebit via ardentis fulminis soliti.i.consueti ferire celsas turres. ¶ Nota phia tangit tria que non nocent hoi qui constans est in vtraqꝫ fortuna. Primū est rabies maris per quam designantur luxuriosi sicut enim mare sole ⁊ motu suo incalescit ⁊ fetet:sic luxuriosi ↄcupiscētia sua inardescit ⁊ peracta libidine fetent de quibus dicit scriptura. Perierunt iumenta in stercore suo:tales luxuriosi non nocebunt homini constanti in vtraqꝫ fortuna. Secundū quod tangit est ignis vesevi montis per quem designantur auari et inuidi sicut enim ignis vesevi montis semper ardet ita auari ardent in concupiscentia bonorum exteriorum: ⁊ sicut ignis eructans quādoqꝫ consumit loca vicina:sic inuidi quandoqꝫ nocent verbis si nō possunt factis: et tales inuidi non nocebunt homini constanti. Tertium quod tangit est ictus fulminis p quem intelliguntur superbi sicut enim fulmen generatur in alto: sic superbi alte se extollunt et mirabile videtur de superbis ꝙ cum alijs hominibus habitare nolūt ⁊ tamen ad celum volare non possunt tales superbi non nocebunt homini constanti. Alij per rabiē maris intelligunt inuidos per ignem iratos:per fulmen superbos vt dictum est. Alij per mare qđ est sonorosum intelligunt auariciam per ignem penam corporis per fulmen rerum ablationem. ¶ Nota vesevus est mons ytalie intrisecus ardens qui quandoqꝫ ruptis cauernis emittit ignem q̄ loca vicina consumit. ¶ Nota circa hoc ꝙ dicit serenus euo. Seneca dicit. Talis est animus sapientis qualis est mundus superlimitatus. talis autem mundus semper est serenus: ⁊ sic animus sapientis in vtraqꝫ fortuna semper est serenus. Unde Aristo. in ethicis dicit. Sapiens bene scit ferre fortunas:quia se habet sicut tetragonum sine vituperio. ¶ Quid tantum miseri. Hic philosophia exclamat contra timentes tyrannos dicens. Quid.i.quare miseri hoies mirantur timendo seuos tyrannos furentes sine viribus.q.d. tyrāni sunt impotentes:qꝛ nō preualent nisi inq̄tum homo se subijcit eis. Et addit. Non speres aliquid de bonis temporalibus nec timeas eos de aduersitatibꝰ: ⁊ tunc tu exarmaueris.i.debilitaueris iram impotētis tyranni. Sed quicūqꝫ homo trepidus pauet timore malorum temporaliū vt optat bona tēporalia:talis nō est stabilis sui iuris.i.ꝓprie libertatis:ipse abiecit clipeum securitatis ⁊ motus a loco stabilitatis ipe nectit.i.cōponit cathenam affectionum qua valeat trahi ad tristiciam ⁊ dolorem mentis. ¶ Nota ꝑtās terrena ad nihil se extēdit nisi ad largiendum bona tꝑalia vel ad auferendum ea:⁊ ideo nullus subiacet terrene ꝑtāti nisi qui sperat talia bona vel timet eorum ablationem. qui autem non timet nec sperat ipe est oīno supra vel extra terrenam ꝑtātem:⁊ quia ꝑ cōsequens terrena potestas sibi nec ꝓficere nec obesse pōt ꝓpter quod phia exclamat cōtra illos qui tanq̄ miseros q̄ sepe bonoꝝ temporaliū vel timore ablationis eorum subijciunt se terrenis potestatibus dicens. Quid tantum miseri. ¶ Nota circa illud. At quisquis trepidus. Sene. dicit in libro de virtutibus cardi. Magnanimitas si insit animo tuo cum magna fiducia viue intrepidus ⁊ alacer. Magni animi est non vacillare: sed constare ⁊ finem vite intrepide expectare. Si magnanimus es nunq̄ iudicabis tibi cōtumeliam inferri ab inimico sed dices nihil mihi nocuit sed animuꝫ nocendi habuit. ¶ Nota tyrannus quondam dicebatur quidam rex fortis:⁊ dicebatur a tyro.i.fortitudine. Sed illud nomē est iaꝫ appropriatuꝫ principibꝰ pessimis ⁊ dicuntur a tyro.i.ab angustia quā inferunt suis subditis. ¶ Nota ꝙ clipeus sumitur hic pro ratione hois:qꝛ sicut clipeus defendit nos ne ledamur a telis ⁊ a similibus: ita ratio hominis tuetur eum ⁊ prouidet sibi ne offendatur.

Luxuriosi

Auari

Superbi

Vesevus.

Magnanimitas

Tyrānus

¶ Quid tantum miseri seuos tyrannos
Mirantur sine viribus furentes:
Nec speres aliquid nec extimescas:
Exarmaueris impotentis iram.
At quisquis trepidus pauet vel optat
Quod non sit stabilis suiqꝫ iuris:
Abiecit clipeum locoqꝫ motus.
Nectit qua valeat trahi catenam.

¶ Ascensius



Quisquis cōposito ⁊c. Oda est monocolos hendecasyllaba trochaica valentica. Monocolos ideo ꝙ omnes versus eiusdem sunt metri hendecasyllabi:quia.xi.syllabis constat trochaica:qꝛ sepe in fine tres trocheos habet:ꝙuis vltima syllaba eo ꝙ cōis est spondeuꝫ introducat. Sunt ergo quinqꝫ pedes spōdeus: dactylus:⁊ tres trochei Quo circa quidā vt nōnullis codicibus habet legunt versuꝫ fuditus actitātis estuꝫ. si enī agitantis legas.periclium ponas tertio loco: qui constat ex duabus breuibꝰ alij exigētis estū non inepte legūt. Itē vbi alij ponētes tertio loco spondeū legūt. Quid tantū miseri seuos tyrānos meliores codices habēt feros tyrānos. In hoc carmine phia docet oēm hoiem verā hoc est animi libertatē obtinere posse:nihilqꝫ hoi metuendū q̄ suis bonis. que virtus ⁊ scie sunt cōtentꝰ:neqꝫ externa bona amittere formidat:neqꝫ adipisci desiderat. Si velimus aūt sine allegoria carmē hoc pure legere nō obscurus erit sensus. Ubi dicit quicūqꝫ fati.i.mortis necessitateꝫ ⁊ fortunaꝫ.i.reꝝ externaꝝ euentū sub pedibus hꝫ:tanto aīo preditꝰ est: vt neqꝫ furibūdo mari:neqꝫ fornacibus flagrātis mōtis,neqꝫ fulmine terreaꝫ. Quātominus ille tyrānus timēdꝰ sit. Vesevꝰ q̄ ⁊ vesu-

nutus dicitur olim flammas emisisse dicitur nihil hic existimo expositionis egere.

Prosa quarta primi libri



Sentis ne inquit hec: atq₃ animo illabūt tuo? Expers es lire? an es ne asin⁹ ad lirā? Quid fles? quid lachrymis manas? Confitere mihi: ne occultes. Si operam medicantis expectas oportet vt vulnus detegas tuū.

Boetius. Tum ego collecto in vires animo. Anne adhuc eget ammonitione: ne per se satis eminet fortune in nos sevientis asperitas? Nihil ne te ipa facies loci mouet? Heccine ē bibliotheca qua certissimā tibi sedem in nostris laribus ipa delegeras: in qua mecum sepe residēs de humanarū diuinarūq₃ rerū scientia apte disserebas. Talis habit⁹ talisq₃ vult⁹ erat cū tecū nature secreta rimarer: cū mihi syderū vias radio describeres: cū mores nostros totiusq₃ vite rationem ad celestis ordinis exemplar formares. Heccine premia referimus tibi obsequentes.



Sanctus thomas. Sentis ne inquit hec. Hic incipit prosa quarta in qua phia primo inquirit Boe. super attentionem predictor₃ et hortatur ipm ad sui morbi reuelationē. Scdo Boe. reuelat morbū suū ibi. Tū ego. Primo dicit. O boe. nūquid sentis. i. intelligis ea q̄ dicta sunt atq₃ illabuntur. i. imprimunt aio tuo. Et subiūgit grecū. Es ne asinus ad liras: q̄d fles quid manas. i. fluis lachrymis. Et subiungit grecum qd tm̄ valet. Cōfitere mihi ne abscōdas: si expectas operam. i. intelligentiā medicātis oportet vt detegas. i. manifestes vuln⁹ tuū. ¶ Notaq₃ puerbium erat apd grecos cū aliquis audiuit verba alicuius et nō auertit nec curauit intellectū verborū illi dicebat es ne asinus ad liras: factus es sicut asinus positus circa liras: qui audit sonū lire sed nō pcipit melodiam pportionē sonorū intelligit nec delectat in ea: sic aliquis audiēs verba et non curās intellectū eorū dicit esse asinus ad liras. ¶ Nota si qs voluerit sanari oportet morbum vel vulnus suū detegere et manifestare. Vn̄ Sene. tertia dicit epistola. Nemo per se satis valet vt emergat: sed oportet vt manū porrigat et alius ips extrahat tunc em̄ morbi ad sanitatē inclināt cum ex abdito erūpunt et vim suam proferunt. Tū ego collecto Hic Boetius reuelat morbum ea dolorē suū. primo ostendit se esse pturbatū ex his q̄ iniuriose agebantur circa ipm. scdo ex his que generaliter vidit in aliis: ibi Videre autem videor. Primo ondit se perturbatū ex sui exilij relegatione. Secundo ex meritorū suorum frustratione. Tertio ex iniusta sui condēnatione. Quarto ex fame sue lesione. secūda ibi. Quotiens ego Tertia ibi. Quibus autē. quarta ibi. At vo dia. Adhuc diuidit. primo facit qd dictū est. secūdo rn̄det obiectioni ibi. At q̄ tu. Dicit primo sic. Tū. i. tūc ego Boetius collecto aio in vires. i. resumptis viribus animi dixi. Anne satis eminet. i. apparet asperitas fortune sevientis cōtra nos nūq̄d adhuc eget ammonitione. i. declaratione. nūq̄d facies. i. dispositio hu⁹ loci: scz carceris mouet te. heccine. i. nūq̄d hec est biblioteca. i. locus studij quem habui in patriā quē tu philosophia delegeras. i. elegisti tibi certissimā sedem in nostris laribus in qua bibliotecam tu mecum sedēs disserebas id est disputabas de sciētia rerum diuinarum et humanarum: nūquid erat mihi tunc talis habitus vilis et talis vultus tristis cum ego rimarer id est inuestigam tecum secreta nature cum describeres mihi vias syderum id est cursus stellarum radio. i. virga geometrali. cū tu formares id est formare docuisti mores nostros. i. mores hominum et rationem. i. dispositionem totius vite ad exemplar id est similitudinē celesti ordinis sunt ne ista premia que referimus. i. reportamus tibi obsequētes. i. seruiētes. ¶ No-

bibliotec. ta q biblioteca est locus vbi reponuntur libri: et dr a biblio. i. ūco in quo antiqui scribebāt libros talē bibliotecam habuit Boe. rome marmoreis lapidib⁹ politā in quo studuit de reb⁹ diuinis et humanis. ¶ Nota q Boe. dicit phiā sibi elegisse certissimam sedem in biblioteca. q. d. p tanto qr licz Boe. esset diuersis officijs et negocijs occupatus tn̄ nulli eor tā certis tpibus et tam certa ratiōe vacabat sicut studio in libris phicis: quos in certo loco positos habuit. ¶ No. phia tractat de reb⁹ humanis. Unde Sene. episto. xxxi. Nō pōt virtus perfecta esse nec equalis tenor vite vt sine philosophia: per quā diuina et humana cognoscuntur: qr si te occupas incipis deorū socius. et alibi dr Difficile scio neminē bene viuere posse et tollerabiliter sine studio philosophie: qr sine studio philosophie anima egra est. ¶ Nota Boe. studuit in naturali philosophia: pp̄ter hoc dicit. Cū tecū nature secreta mirarer: studuit etiam in philosophia morali: ergo dicit. Cum mores nostros studuit. Etiā

in astrologia. propter hoc dicit. Cum mihi syderũ vias radio describeres. Ubi nota radi⁹ est virga geometralis qua geometri describũt figuras in puluere supposito. ¶ No. ꝙ vita humana et mores hominũ debent formari ad similitudinẽ celestis ordinis: sicut enĩ sphere inferiores planetarũ obediunt sphere superiori ꝛ regũtur motu firmamẽti: sic virtus nostra sensib⁹ debet obedire virtuti rationali ꝛ regi ab ipsa. turpe enĩ est abijcere regimen superiorũ ꝛ induere regimen inferiorũ qđ nobis cõmune est cũ bestijs sicut dicit Albert⁹ super tertio de anĩa. ¶ Nota ex quo Boe. rõne sue sapientie in miseriã fuit positus: ideo dicit ad phiam. sunt nec hec premia que nos referim⁹ obsequentes tibi. ¶ At ꝗ tu hãc sententiaȝ. Hic Boetius respondet obiectiõi posset enim phia sibi obijcere dicendo: quare premiũ debuisti reportare cuȝ tu nõ studuisti ꝓpter cõmune bonũ sed ꝓpter vanã gloriam ꝛ ꝓpter propriã vtilitatem. Cui obiectioni rñdet Boe. dicẽs. O phia tu sanxisti. i. ꝯfirmasti hãc sentẽtiaȝ ore Platonis beatas eẽ respublicas si eas sapientes regerent. vel si rectores earũ contigisset studere sapientie. ꝛ cõfirmasti ore eiusdẽ Platonis necessarium esse reipublice ꝙ a sapiẽtibus regeretur ne gubernacula. i. regimina cõmissa improbis ꝙ pro ꝛ flagitiosis ciuibus vrbiũ inferrẽt pestẽ. ac. i. etiã perniciẽ. i. dãnũ bonis hoĩb⁹: igitur ego secutus hãc auctoritatẽ. i. sentẽtiã quod dedi ceram a te phia inter secreta ocia ego optaui. i. curaui transferre. i. deducere in actum. i. in opus publice amministratiõis. i. cõis vtilitatis tu phia et deus ꝗ inseruit id est infudit te mẽtib⁹ sapientuȝ estis mihi conscij. i. testes nullum studiũ me detulisse ad magistratum nisi cõmune studiũ bonorũ: quasi diceret nihil mouit me ad magistratũ gerendũ nisi cõmunis vtilitatis. inde. i. ꝓpter hoc mihi erãt graues. i. difficiles. ꝗ. i. ꝛ inexorabiles. i. implicabiles discordie cũ improbis ꝛ semper fuit mihi spreta offensio potentiũ ꝓtuẽdo iure. i. pro iusticia defendẽda: et qđ habet libertas cõsciẽtie. i. libera cõscientia. i. nullũ timere ꝓtuendo iure. ¶ No. ſm Platonẽ: beata est respublica cuius dñs phs est: ꝛ vegenti cuius dñs puer est ꝛ rationabiliter: q: phia et sapientia vitã disposuit: actiones regit: agenda ꝛ omittẽda demõstrat. vñ Sene. xvi. epist. di. Si vis oia tibi subijcere: subijce ꝛ te rõni. Multos enĩ reges si ratio te rexerit. Et Arist. in ꝓhemio metaphisice. Sapiẽtis est regere ꝛ ordinare. Ex quib⁹ pȝ ꝙ regimẽ reipublice spectat ad sapiẽtes. ꝓ tãto dicit Tulli⁹ in principio sue rhetorice. Ad rẽpublicã plurima ꝑuenĩt cõmoda: sȝ moderatrix et regulatrix oĩm rerũ presto est sapiẽtia. ¶ No. ꝙ studiosi sapiẽtie qui adhuc studẽdo acquirũt sapiẽtiã. ¶ Nota ꝙ Boe. studiũ vocat ociũ in studio hõ ociat⁹ ab exteriori occupatiõe. de quo ocio sue ꝗete loquit. lxvij. epi. di. Nulla placida est ꝗes: nisi quã ratio cõponit. ꝛ illa vera ẽ trãquillitas in ꝗ mẽs bona explicat. ¶ Nota ꝙ de⁹ immittit sapiẽtiã mẽtib⁹ sapientũ. hoc scribit in ꝓlogo de regimine principis. Deus est qui diuitias sapientie sue influit in aĩas sapientũ. ¶ Nota ꝙ libertas cõscientie habet nullũ metuere: q: dicit Macrobi⁹ hoc habet libera cõsciẽtia ꝓpriũ: ꝙ quis eam possideat nullum potentẽ metuat. Item Seneca. iiij. sapiens ex libero arbitrio nihil timet imbecillitatẽ hominis quia securitatẽ dei habet. Et Seneca de quattuor virtutibus cardinalibus dicit. Ut iustus sis non sufficit ꝙ innocẽs: sed vt innocentes ab iniuria serues. Et idem. Iusticia est vinculum diuine ꝛ humane societatis. ¶ Quotiens ego Conigastum. Hic Boetius ostendit se perturbatum ex merito rum frustratione suorum: et primo tangit merita ꝛ beneficia alijs exhibita. secũdo tangit frustrationem eorũ: ibi. Sȝ esse. Pria in septẽ partes ſm ꝙ recitat. vij. bñficia que patebũt. Primo dicit. Ego Boetius multotiẽs ipsum Conigastuȝ qui fuit officialis regis Theodorici obui⁹. i. contrari⁹ excepit id est impediui ipsum facientẽ impetum: id est insultum contra fortunas: id est contra bona fortune cuiuscunq̃ hominis imbecillis: id est impotentis resistere. Tunc posuit scdm beneficiuȝ dicens.

¶ At qui tu hãc sententiã platonis ore sanxisti: beatas fore respublicas: si eas vel studiosi sapiẽtie regerẽt vel earũ rectores studere sapiẽtie contigisset. Tu eiusdẽ viri ore hanc sapiẽtib⁹ capessende reipublice necessariam causam esse monuisti: ne improbis flagitiosisq̃ ciuibus vrbiũ relicta gubernacula: pestẽ bonis ac perniciem inferrent. Hanc igitur auctoritatẽ secut⁹ qđ a te inter secreta ocia didiceram transferre in actum publice amministrationis optaui. tu mihi et qui te sapientũ mentibus inseruit deus: cõscij estis: nullum me ad magistratũ nisi cõmune bonorum omnium studium detulisse. Inde cuȝ improbis graues inexorabilesq̃ discordie fuere: et quod conscientie libertas habet: pro tuendo iure spreta potentum semper fuit offensio.

¶ Quotiens ego Conigastum imbecillis contra cuiusq̃ fortunas impetum facientem obuius excepi:

Vita humana.

Sapiẽtis est regere.

Libertas animi.

testificari. Septimo requiritur fides propter quod infideles non possunt perhibere testimonium. Inter illas conditiones due sunt viliores. s. paupertas et infamia. Boe. ergo volens ostendere suam condēnationem iniustam ex vilitate testiū accusantium: ppter quā expellendi erant a testimonio. vt dicit in vno esse defectum fortune. s. in Basilio: sed in alijs duobus. s. Opilione et Gaudentio dicit fuisse vicium infamie. ¶ Nota q̄ nihil videt severius et nequius q̄ psonas viles et dānandas admittere in testimoniū contra innocentes. Quia dicit Seneca in de remedijs fortuitoꝝ. Nō potest habere vllā auctoritatē vbi sententia qui dānandus est male de te loquitur. ¶ At cui⁹ criminis. Hic Boe. ondit iniustā sui condēnationem ex falsitate criminis sibi impositi. Secūdo ex dictis infert quandam ammirationē ibi. Qua in re. Prima in duo s̄m q̄ duo iponebant Boe. de q̄b⁹ se excusat. Scd̄a ibi. Nam de cōpositis. Primum quod sibi imponebat fuit q̄ impeduisset quendā nunciū deferentē regi accusationem reatus: vt senatus redderetur reus lese maiestatis. dicit ergo in littera. O phia tu forte queris summam. i. sententiam criminis cuius criminis causa arguimur. Nos criminamur voluisse saluare senatum forsan desideras scire per quem modum. Dico q̄ nos criminamur: id ē arguimur impeduisse delatorē ne deferret documēta id est litteras regi quibus faceret senatum reum lese maiestatis. Quid igit o magistra senses. i. iudicas: inficiabimur id est negabim⁹ crimē illud ne simus tibi pudori: atq̄ id est sed: ego volui saluare senatum: nec vnq̄ desistam velle sed opera id est diligentia impediēdi delatoris: ista cessabit. i. cessare debet qr nō est votū q̄ impendiuerim⁹ delatoriā litteram. Nunquid est nephas optare salutē illius ordinis. s. senatus. q. d. nō est nephas. Ille vero senatus qui consensit in meam dānationem effecerat hoc suis decretis. i. iudicijs ac si esset nephas saluare ipm: sed imprudētia sibiipsi mentiēs. i. in dānum suū mentiens non potest mutare merita reꝝ: ita q̄ illud qd̄ prius fuit meritoriū postea fiat demeritoriū. nec puto esse licitū s̄m preceptum Socratis occuluisse. i. occultasse veritatem vel concessisse mendacium: sed quomodo illud sit ego relinquo tuo et sapientū iudicio. veritatē autē hui⁹ rei ne lateat posteros. i. successorē ego cōmendaui stilo: id est scripto et memorie.

Accusatio boetij. ¶ Nota q̄ accusatio Boetij fuit detestabilis qr facta per infames personas fuit etiam irrationabilis: qr de bono accusabatur. s. de saluatione senat⁹: qd̄ erat bonum etiā accusatio Boetij fuit iniusta qr falsa: accusabat eū impeduisse delatorē qd̄ falsum fuit

Reus lese maiestat. ¶ Nota ille dicitur reus lese maiestatis qui cōtra regem vel alium principem aliquod malū machinatur.

Inficior ¶ Nota inficior aris. prime coniugationis et deponentale id est nego. Vn̄ Hug. inficior aris pprie non est fateri factū quod verū est: sed contra veritatem vti mendacio vel est proprie inficiari s̄m eum rem debitam denegare cum a creditore deposcitur. et etiam est idem quod contendere vel denegare.

Sal⁹ duplex ¶ Nota q̄ dicitur in textu. Nunquid optare salutem senatui nephas vocabo. Duplex est salus: spiritualis que est anime: temporalis que est corporis Salutem spiritualem tenemur omnibus velle: etiam malis ratione charitatis: per quam etiam mali diligendi sunt licet in eo q̄ mali. Salutem vero temporalem tenemur velle omnibus bonis et precipue amicis. amicorum vero peccantium tenemur salutem velle q̄diu sanabiles sunt vt recuperent virtutem amissam sed si propter magnitudinem malicie sunt insanabiles dissoluitur amicitia nec est optanda salus: et quia malicia senatus romanorum erat sanabilis quia senatus compulsus metu regio fuit consentire in dampnationem Boetij: ideo optare sibi salutem non erat nephas: licet Boetio turbato hoc videtur. ¶ Nota q̄ veritas non est occultanda s̄m Socratem. Nam qui tacet veritatem alijs necessitatibus mentitur: et qui mendacijs consentit similiter facit. ¶ Nota mendacium non est confitendum: quia s̄m Aristo. in ethi. Mendacium per se prauum est et fugiendum: et primo elencorum

Mendacium. duo sunt opera sapientis: non mentiri de his quibus novit: et mentientem posse manifestare.

debuisset. ¶ At cui⁹ criminis nos cā arguimur: summam queris. Senatum dicimur saluū esse voluisse. Modum desideras. delatorē ne documēta deferret: quib⁹ senatū lese maiestatis reū faceret ipedisse criminamur. Quid igitur o magistra censes: inficiabimur crimē ne tibi pudori sim⁹? At volui nec vnq̄ velle desistā fatebimur sed impediēdi delatoris opa cessabit. An optasse illius ordinis salutē nephas vocabo? Ille quidem suis de me decretis vti hoc nephas esset effecerat: sed sibi semp mentiēs imprudentia reꝝ merita nō potest immutare. Nec mihi socratico decreto phas esse arbitror: vel occuluisse veritatem vel concessisse mendacium. Verum id quo quomodo sit tuo sapientiumq̄ iudicio estimandum relinquo. Cuius rei seriem atq̄ veritatem ne lateret posteros queat. stilo etiam memorieq̄ cōmendaui.

Fama quo idē dicit qd dicit Boe. Nā si exuit̃: ergo nemo est ꝑfecte sapiens qui eā quereret. Unde dicit. Sed nōdum ad extremam manum. Tractum est hoc ab artificibus q̄ perfecto opere extremam manum admouent. Hoc est ad extremum manus suas adhibent. Est autem gloria frequens τ cōstans solidaq; de aliquo fama cum laude τ eius cuius est complacentia. Fama autem est quicquid vulgat̃ fando tam bonum ꝙ maluꝫ. Uir. docet in malum accipi. Cū dicit. iiij. eneid. Fama malum quo nō aliud velocius vllum mobilitate viget viresq; acquirit eundo. Adde ꝙ hoc ip. B. lib. septū pulchre vocat septum quod a sapiendo deriuatur. Quo vocabulo locum auium quem pastores in agris sepiunt vocare solemus: vt in Bucco. Quamuis multa meis exiret victima septis. Et erat tunc adulta scilicet respublica noua vel fama eius. Non eniꝫ erat adhuc nouitia sed adulta id est ad summū perfectionis τ incrementi deducta: sicut homo adultus dicitur qui nō amplius crescit. Ceterisq; id locorum. i. eius loci. sicut dicimus etiam latine citra licētiam figuratam. Multa sunt id genus aīalia pro eo quod est. Multa sunt eius generis aīalia. Formidolosa recte legit̃. Naꝫ vt docet. Ualla lib. i Nomina in osus sepe formātur a diminutiuis: vt a siticula siticulosus. A meticulo meticulosus. a somniculo somniculosus: sic a formidula formidulosus: vel vt multi scribunt formidolosos. Quod si a primitiuo formare velis nō dices formidosus sicut scriptum repperi: sed potius formi-

In osus finita. dinosus. Mutant eñi pleriq; in tertia declinatiōe e ablatiui in osus: vt libidinosus a libidine mulierosus facinorosus τc. Significant autem frequēter plenitudinem aut copiam rei aut eius affectionis. Et hoc quedam actiue q̄dam passiue: quedaꝫ cōmuniter. Sicut formidulosus actiue capitur a Terētio cum dicit. Egon formidulosus. i. egone sum qui formidem. Et passiue a Salustio dicēte. Regibus boni ꝙ mali suspiciores sunt semper his aliena virtus formidulosa est formidulosa

Formidulosus. id est que plene formidatur. Hoc etiam loco capitur passiue. Res eñi publica romana erat formidulosa. i. multū formidata parthis: qꝛ timore coacti retulerunt paulopost Augusto signa romana.

Insolētia Crasso occiso adēpta: vt docet Suetoni⁹ in vita August. Illud qd pretererā addam. Insolentiam
Insolens accipi pro desuetudine. i. pro qualitate qua insolentes dicimur. Insolens autē dicitur incōsuet⁹ infrequēs: vt apud Terentiū in andria. Qui tu athenas insolens. Ubi donat⁹. Insolens (inquit) id est insolitus insuetus. Cicero. Moueor iam loci insolentia. Salusti⁹. Insolens vera accipiēdi. Insolens etiā arrogās intelligitur. Et qui preter legē agit humanā et naturalē insolens dicit̃. Cicero in

Quid. victoria que natura insolēs. ¶ Quid ꝙ diuersarū gentiū. Quid particula sepenumero absolute reperitur posita: sicut hic: et est modus interrogandi quem supplere possumus diuersis modis. Aut sic. Quid ad hoc dices. Aut sic. Quid illud tibi videtur. Aut sic. Quid opus est dicere. Aut alijs: sed venustius absolute ponitur. Instituta sunt mores instituti. Institutiones sunt scripta quibus instituūtur. Diuersitas autē institutoꝝ nō est longe q̄rēda. Turchis capitale est bibere vinū nobis licitum. Abuti masculis illic permissum hic incēdio dignū. Et cōplura alia. ¶ Uos vero τc. Hic iterū mutat numerū quod ne vitio euenisse credas rationeꝫ audi. Ne solum Boetium culpare videatur philosophia. vel ipm etiam censere ea opinione duci ꝙ per diuturnitatē tēporis sibi immortalitatem fame cōparare possit: non loquit̃ singulariter: sed pluraliter quasi ad multitudinē stultoꝝ respiciens. Postea autē singulariter locuta innuit quodāmodo Boe. eiusmodi pertractare solitum.

Scdē persone. Sed melius dicemus ꝑtractes habes: vt leteris lꝫ secūde persone sint: nullā tamen certam significare: sed ꝑ verbis tertie ꝑsone: vt sit. Si ꝑtractes. i. si aliq̄s ꝑtractet: vt quarto eneid. Migrātes se
Quanticunq;. nas. i. quilibet cernat. ¶ Itaq; fit vt q̄ticūq; prolixi tpis. Nec melior est lectio ꝙ si dicatur. Quanticūq;: qꝛ duo epitheta. i. adiectiua sine cōmutatiōe media nō recte socianī vni substātiuo: nō latine dicit̃ vir bon⁹ sapiēs: sꝫ vir bon⁹ τ sapiēs. Nec recte dr̃ tpis q̄ticūq; pluriū q̄ticūq; sit aduerbium.

Alius. Aliq̄s illeserit. Aliq̄s cōponit̃ ab alius et quis: vt sit alius quis quicūq; fuerit, quapropter tūc re

cte dicitur cum dicens nescit quis sit. At cū de certo ⁊ noto sibi quis loquit̄ nō dicit aliq̄s fecit hoc. Quidam.
vel aliquis dixit mihi. Sed quidem hoc ergo loco. Si verbum illuserit exponatur ꝑ illusit inept⁹
est sermo. Nō enī dicere licet ei qui scit de quo loquit̄. aliquis illusit sed quidam illusit. Si vero ex
ponatur illuserit ꝑmissiue: vt sic aliquis illuserit. i. poterit illudere quicunq̃ sit. Nam cum quidam
esset adorsus id ex insidijs et subito inuadens. Uolsit nōnulli hunc p̄m fuisse. commentator autē Siquidē.
tyrannum: quod parum referre putabit: qui sententiam querit non verba. Siquidē. hic due sunt di Anime hu
ctiones quas multi pro vna sepe legunt. Leniter patiēterq̃. leniter. i. leni. hoc est nō aspero sed pla mane.
cato animo ⁊ vultu per simulationes. Totū moriuntur homines hoc plurimi docuerunt inter quos
epicurus dicebat se leuasse genus huanum duobus magnis malis: timore scilicet deorum in hac
vita quos dixit non curare mortalia ⁊ eorum que instarent post mortem: quia dixit animas interi
re cum corporibus. sicut ⁊ Plinius. Cuius de primo verba sunt libro scdo capitulo. vij. Quis nō fa
teatur irridendum agere curam rerū humanarū illud quicquid est summum. An ne tam tristi atq̃
multiplici ministerio non pollui credamus dubitemus ve. De scdo habet li. vij. ca. l v. plurima ver
ba resurrectionem negantia ⁊ vitam humanam brutali equantia: videantur ab his qui appetunt
cum erronea sint mihi pretereunda videntur. Quod nostre rationes. i. academie: nam dictus est li
bro primo prosa prima Boe. eleaticis atq̃ academicis studijs enutritus. Academici autem ⁊ stoici Extare
necnon ⁊ peripathetici immortalitatē anime profitentur. Nam extet oīno. Extet ꝓprie dixit. nam Corp⁹ hu
extare preter cetera significat stare dum cetera eius generis occiderint. Sic dicimus libros non ex manum
tare qui perierunt. Terreno carcere soluta. Non legas resoluta propter ineptam repetitionem syl
labe re que etiam superflua est. Uocat autem corpus humanū anime carcerem more philosophi
co sicut ⁊ Cicero in de somno Scipione dicens. Quesiui viueret ne ipse ⁊ pater paulus. et alij quos
nos extinctos arbitrabamur. Immo vero (inquit) hi viuunt qui e corporum vinculis tanq̄ e car
cere volauerunt. vestra vero que dicitur vita mors est. vbi Macrobius post multa. Ut constet ani
mal necesse est anima in corpore vniatur. Ideo corpus grece demas hoc est vinculum nuncupatur
et soma quasi quoddam sema id est anime sepulchrum. Unde Cicero. pariter vtrunq̃ significans
corpus esse vinculum: et corpus esse sepulchrum ait. Qui e corporum vinculis tanq̄ e carcere euo
larunt. hec illi. Ubi notabis q̄ corpus grece habet duo nomina: vocatur demas ⁊ soma: sed demas
videtur quasi vinculum sonare. nam grece hec desine dicitur fasciculus. ⁊ desinios vinct⁹ ⁊ desmos
vinculum seu nodus ⁊ desmoo verbum vincio seu nodo. Et sonat etiam carcerem. Nam mutando
omega id est o longum seu magnum in ita id est in e longum apud nos: sed ipsi proferunt i. Soma
id est corpus fit sema id est sima id est sepulchrum quod est defunctorum carcer. Uideris lectores
q̄ diligenter vobis aperio longe plura additurus: nisi prolixitatem odiosam fore verear.

¶ Metrum septimum secundi libri.



Uicunq̃ solam mente p̄cipiti petit.
Summumq̃ credit gloriam
Late patentes etheris cernat plagas.
Arctumq̃ terrarum situm
Breuem replere non hic valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid o superbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiunt?
Licet remotos fama per populos means.
Diffusa linguas explicet
Et magna titulis fulgeat claris domus.
Mors spernit altam gloriam.

¶ Metrum septimū secūdi libri.



Uicūq̃ solam mēte p̄cipiti petit. Hic i-
cipit metrum septi
mū hu⁹ secūdi libri Sanctus
q̄d d̄r archilociū ab thomas.
inuētore: ⁊ iābicū a
pede p̄domināte: et ꝯstat ex p̄mo
versu trimetro: secūdo dimetro. I
quo metro Phia docet quō glīa
sit contēnenda ex ꝯsideratōe alti
tudinis celi et strictitudinis terre
dicēs. Quicūq̃ petit. i. ꝯsiderat p̄
cipiti mēte solam gloriā q̄ pro et
credit sup. ipam summū. i. princi-
piū inter appetenda sup. iste cer-
nat. i. cōsideret plagas etheris. i.
partes celi patētes. q̄ ꝑ ⁊ arctus
situm terrarū. i. strictū spacium
terre in comparatione ad celum
sup. illum pudebit id est verecū-
dabitur aucti nominis. i. aucte fa
me sue non valentis replere bre-
uē ambitū id est paruū spacium
terre. et sic exclamat dicēs. Ops
hoc miror quid est propter quid
superbi gestiunt id est cupiūt fru-
stra leuare. i. extollere colla sua
mortali iugo. i. mortali fama. licet enī fama diffusa means. i. trāsiens ꝑ remotos populos explicet
se linguans. i. per līguas sup. populorū: ⁊ licet magna domus tua id est nobilis parentela vel fami
lia tua fulgeat claris titulis id est laudibus. tū mors spernit altā gloriā: ⁊ mors pariter. i. simul in-
voluit humile caput id est rusticū hominē ⁊ celsum. i. nobilem vel diuitē: q̄ ꝑ ⁊ mors equat infima

summis nulli parcendo: quod declarat dicens. Ubi nunc manēt ossa fidelis Fabricij. quid. Brutus aut rigidus Catho sup. est quasi dicat quid manet de gloria eorum post mortem vtiqꝫ modicus scꝫ illud manet quod tenuis fama id est exilis superstes id est manens signat mane nomen eorum pauculis litteris scriptis in epitaphijs eorum. Sed quid id est ad quid nominis decora vocabula scripta. numquid datur id est intelligitur per ea sup. ipsos esse consumptos id est mortuos; quasi dicat immo iacetis ergo mortui prorsus ignorabiles nec fama efficit sup. vos natos. Et quia aliquis diceret: licet ipsi sint mortui corpore: tamen viuunt sm famam. dicit Philosophia. Si putatis vitam vestram longius trahi id est prolongari. aura mortalis nominis id est splendore mortalis fame: cum sera id est vltima dies vobis hoc rapiet: id est famam auferet. iā vos manet. id est expectat secunda mors. quasi dicat si estis prius mortui corpore ꝛ fama manens est vita vestra illa cessante secundario moriemini. ¶ Nota. Fabricius fuit ꝯsul romanus qui cum mitteretur pugnare contra Pirrhum regem Epirotharum p̄misit sibi partem regni sui vt trāsiret ad ipsum quod fabricius cōtempsit. Sequēti anno Pirrhus obtulit sibi magnam pecuniam auri vt traderet sibi romanum imperium: cui ait Fabricius. Roma non vult aurum sed vult imperare habentibus aurū propter hoc ipse dictus fuit fidelis Fabricius. Dicitur autem de fabricio ꝙ cum quidam ad eum venisset promittens se Pirrhum regem occisurum si Fabricius sibi pecuniam aliquā dare vellet. Ipse vero Fabricius hunc traditorem ligatum misit ad Pirrhum pro tali scelere puniē dum: cui tunc Pirrhus dixit. Possibilius est solem a suo tramite deuiare ꝙ Fabricium a via recte rationis discedere. ¶ Nota ꝙ Brutus fuit primus consul romanus qui amore libertatis et iusticie propter stuprum lucretie plurima egit: ꝛ multa bella pro romanis inijt propter etiam ꝙ famosus fuit. ¶ Nota ꝙ catho dictus est rigidus propter rigorem animi qui ad nihil turpe flecti potuit: ꝛ tā te iusticie fuit: vt Lucanus ipsum dijs compararet in iudicanda causa que fuit inter Julium cesarē ꝛ Pompeium dicens. Victrix causa dijs placuit sed victa Cathoni: ꝛ de hoc magis patebit quarto huius prosa sexta.

Inuoluit humile pariter ꝛ celsum caput.
Equatqꝫ summis infima.
Ubi nunc fidelis ossa Fabricij manent
Quid Brutus aut rigidus Cato?
Signat superstes fama tenuis pauculis
Inanem nomen litteris
Sed quid decora nouimus vocabula
Num scire consumptos datur?
Iacetis ergo prorsus ignorabiles
Nec fama notos efficit.
Quod si putatis longius vitam trahi
Mortalis aura nominis.
Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies
Iam vos secunda mors manet.



¶ Ascensius.



Quicumqꝫ solam. Ode dicolos distrophos: habet enim duo genera carminum quorum prius est archilochium ab inuentore. Iambicum a pede predominante: ꝛ trimetrum a numero mensurarum que tres duple sunt. habet locis paribus frequenter iambū Scōm est archilochium dimetrum: id est duarum mensurarum duplarū id est duos pedes habentium quorum primus et tertius sepe sunt spondei. secundus ꝛ vltimus iambi. Gestiunt frustra. Gestire est gestu id est quodam actu corporis more beluarum leticiam ꝛ cupiditatē animi significare. Fidem fabricijs seruatam pirrho recitat Ualerius li. sexto capitulo de iusticia dicens. Timochares embraciensis fabricio cōsuli pollicitus est se pirrhū veneno per filiū suū qui potionib' preerat necaturū: ea res cum ad senatum delata esset missis legatis pirrhū monuit vt aduersus hui' generis insidias cautius se gereret: memor vrbē a filio martis cōditā armis bella nō venenis gerere debere. Thimocharis aūt nomē suppressit vtroqꝫ mō equitatem amplexus: qꝛ nec hostes malo exemplo tollere nec eū q̄ bene mereri paratus fuerat pdere voluit. Hec Uale. Quia ergo vt etiam Aulus Gelius libro tertio ca. viij recitat fabricius cauit ne pderetur. Timochares patet ꝙ longe a vero sit ꝙ eū ligatū miserit puniendum. Quadrigarius autē vt recitat idem Gelius vt dicit nō Timocharē: sed Nitiam edisse consulem. Neqꝫ legatos a senatu missos: sꝫ a consulibus. Pirrhū vero po. ro. laudes ꝛ gratias scripsisse: captiuosqꝫ oēs quos tunc habuit restituisse. Addit litteras a consulibus missas in quib' sicut commentarius superior dicit. Et similiter Cicero libro tertio officiorum dicit eum reductum fuisse ad pirrhum. Sene. epistola. cxx. ad lucillū

Gestire.

Fabrici' fidelis ꝛ cōtinens

dicit medicum pirrhi hoc promisisse. Plutarchus autem in vita pirrhi dicit missum fuisse a medico pirrhi. Quod autem hoc responsum pirrhus fabricio dederit non dicunt superiores: sed Seneca dicit eiusdem fuit auro non vinci et auro non vincere. Idem valerius de abstinentia et continentia libro quarto. sic dicit de fabricio lucinio. Fabricius lucinius honoribus et auctoritate omni ciue tēporibus suis maior censu par vnicuique pauperrimo a samnitibus quos vniuersos in clientelā habebat decem eris et quinque pondo argenti totidēque seruos sibi missos remisit: continentie sine pecunia per diues: sine vsu familie abunde comitatus: qui locupletem illū faciebat non multa possidere: sed modica desiderare etc. Legatum autē fuisse ad pirrhum idem valerius sequēti capitulo attestatur. Et missos legatos vt romanos corrūperent non inuenisse ianuas romanorū apertas etiam domis: sed sollicitatum esse a pirrho. C. fabricium tacet. Responsum autem illud. Male locupletibus imperare quam se fieri locupletem: est. M. Curij ad samnites: nō fabricij: quibus ambo samnitium largitiones contempserunt. Item: qui sepe bruti meminit: hec dicit Plinius de viris illustribus. Iunius brutus sorore tarquinij superbi genitus cum eandē fortunā timeret quam frater inciderat qui ob diuitias et prudentiam fuerat ab auunculo occisus stultitiā finxit vnde brutus dictus. Iuuenibus regijs delphos euntibus ridiculi gratia comes adscitus baculo sambuceo aurum deo domū tulit vbi responsum est eum rome summā potestatē habiturū qui primus matrem oscularetur ipse terram osculatus est. Deinde propter lucretie stuprum cum tripicitino et collatino in exitium regiū coniurauit. Quibus in exilium actis primus consul creatus filios suos quod cum aquilijs et vitellijs ad recipiendum in vrbem tarquinios cōiurauerant virgis cesos securi percussit. Deinde in prelio quod aduersus eos gerebat singulari certamine cum arunte filio tarquinij congressus se ambo mutuis vulneribus occiderunt. Cuius corpus in foro positum a collega laudatum matrone anno luxerunt: hec ibi. Posset ergo etiam brutus rigidus dici. Cato autē maior censorius ob singularē seueritatem rigidus est appellatus de quo in vita eius. idem Plinius. M. portius Cato. Censor. L. flaminium consularem senatum mouit quod ille in gallia ad cuiusdam scorti spectaculum vectum quendam a carcere in conuiuio iussisset: accusator assiduus malorum galbam octogenarius accusauit. Ipse quadragiesquater accusatus gloriose absolutus est. Et reliqua. De hoc Pli. in naturali hystoria lib. vij. ca. xxvij. Cato primus portie gentis tres summas in homine res prestitisse estimatus est. Optimus orator. optimus imperator. optimus senator: hec ibi. Que vero de lucano adducuntur sunt de catone vticensi: qui dictus cato minor vel posterior: sed si singula vellē persequi longissimus essem. Secūda mors hic accipitur non sicut ab augustino pro morte anime et corporis sed pro morte fame: qua quis se viuere post naturalē mortē in memoria hominum gloriatur moriens postquam hic nullus fuerit homo.

Brutus. Cato. Secunda mors.

Prosa octaua libri secundi

Sed ne me inexorabile contra fortunam bellum gerere putes: est aliquando cum de hominibus illa fallax non nihil bene mereatur: tum scilicet cum se aperit: cum frontem detegit moresque profitetur. Nondum forte quid loquar intelligis. Mirum est quod dicere gestio eoque sententiam verbis explicare vix queo. Etenim plus reor hominibus aduersam quam prosperam prodesse fortunam. Illa enim semper spe-

Sanctus thomas.



Ed ne me inexorabile. Ista est octaua et vltima prosa huius secūdi: et quia philosophia ostēdit bona fortune nō multum esse appetēda aliquis putaret quod in fortuna nihil esset boni: ideo iam ostēdit philosophia cuiusmodi bonū sit in fortuna: et probat fortunā aduersam plus esse bonam quam prosperā. Et primo premittit suā intētionē. Secūdo probat intentum ibi. Illa enim. Primo dicit. O boeti ex dictis patet quod fortuna est contemnēda: sed ne putes me gerere. i. facere bellum inexorabile: id est implacabile contra fortunam sup. scis quod aliquādo sup. cōtingit quod ista scilicet fortuna fallax nō nihil: id est aliquid bene mereatur de hominibus eo quod aliquod bonum euenit hominibus per eam: tunc scilicet cū fortuna se aperit manifestādo suam falsitatem cum detegit frontem per suam aduersitatem cum profitetur mores suos per instabilitatem. Et subdit philosophia: nōdum forte intelligis quid loquar: quia mirum est quod ego gestio. i. cupio dicere eoque: id est ideo vix queo explicare sententiā verbis. Etenim ego reor. i. opinor aduersam supple fortunam plus prodesse quam prosperam. ¶ Nota quādo in aliquo dicto videtur esse quedam repugnantia in dicto. Nam esse aduersum alicui et sibi prodesse adinuicem repugnant: ideo dicit philosophia. Mirum est quod gestio dicere: scilicet fortunam aduersam magis prodesse quam prosperam. ¶ Illa enim semper specie felicitatis cum videtur blanda etc. Hic philosophia probat intētum quod fortuna aduersa melior sit quam prospera tribus rationibus: secūda ibi. Postremo. tertia ibi. Au

hoc. Primo dicit. Illa fortuna prospera mētitur cū videtur.i.apparet blanda specie felicitatis.i.pro speritatis.sed hec.i.fortuna aduersa semp vera est cū demōstrat se esse instabilē sui mutatiōe.ostēdit em̄ se esse talem qualis est ⁊ ita per eā nō decipiūtur hoīes : sed illa scꝫ pspera fortuna confidentes in se fallit. Hec autē fortuna aduera hominē instruit ostēdendo ꝙ non sit cōfidendū pspere fortune ppter eius mutabilitatē. Illa scꝫ pspera fortuna ligat.s.fallēdo mētes fruentiū.s.hoīm specie bonorū mendacium: hec.s.aduersa fortuna absoluit.i.liberat scilꝫ mentes hominū cognitione fragilis.i.trāsitorie felicitatis: ⁊ nūc recolligit effectus vtriusqꝫ fortune di. Itaqꝫ illam.s.prosperā fortunam vides ventosam: id est superbam fluente: id est prodigam qꝫ pro et sui ignaram. Nam homines in prosperitate continua seipsos nō cognoscūt. hanc scilicet aduersam fortunā tu videas sobriā qꝫ pro et succinctā: id est humilez non superbā et prudentem exercitatione aduersitatis. ¶ Nota ex ista littera possunt formari tres rationes ꝙ fortuna aduersa melior sit pspera. Prima ratio ē ista. Prospera fortuna in specie vere felicitatis decipit habētem ipsam sed fortuna aduersa nō decipit: sꝫ vera est ostēdens se esse talē qualis est : ergo aduersa est melior ꝙ prospera. Secūda ratio est. Prospera fortuna ligat mentes hoīm mēdacib⁹ bonis: sed aduersa liberat mētes hominū a falsa felicitate: ergo est melior. Tertia ratio. prospera fortūa reddit homines sui ignaros : sed aduersa facit homines sapientes : ergo melior est ꝙ prospera. ¶ Postremo felix a vero bono deuios. Hic phia ponit scdam rationē que talis est. Quecunqꝫ fortuna trahit ad inquisitionem veri boni illa melior est ꝙ que retrahit a vero bono : sed fortuna aduersa est huiusmodi ergo ⁊c. Unde dicit in littera. postremo felix.i.prospera fortuna cum suis blandicijs trahit deuios.i.errantes a vero bono: sed aduersa sup. fortuna plerūqꝫ retrahit vnco.i.tenaculo reducens ad vera bona. ¶ Nota ꝙ qꝛ prospera fortuna videtur esse propinqua felicitati eo ꝙ sine bonis fortune non contingit esse felicē. ex li. de bona fortuna: ideo suis blandicijs trahit hominē sensualē a vero bono qd̄ consistit in speculatione dei : aduersa autē fortuna qꝛ ostendit prosperā fortunā esse mutabilē ipsa reducit hominē ad verū bonū qd̄ est immutabile. ¶ An hoc inter minima. Hic philosophia ponit vltimā rationem que talis est. Illa fortuna est melior per quā cognoscitur veri amici: sed aduersa fortuna est talis igitur ⁊c. Unde dicit in littera. An pro nequid putas hoc esse estimandū inter minima bona ꝙ hec aspera. qꝫ p et horribilis.i.aduersa fortuna detexit.i. monstrauit tibi mentes.i.corda fidelium amicorum.q.d. illud est vnū de maximis bonis: hec.s.prospera fortuna secreuit.i.distinxit tibi certos sup. amicos. qꝫ pro et ambiguos vult⁹ sodalium.i.amicorū.q.d. aspera fortuna docuit te discernere inter veros amicos et falsos que pspera fortuna a te discedens abstulit suos.i.qui erant amici ratione prosperitatis et reliquit tuos amicos qui te dilexerūt non ppter tua. O quanti: id est quāto precio tu emisses hoc integer.i.in integritate fortune cōstitutus: vt.i.pro cū videbaris tibi fortunat⁹ potuisses cognoscere tibi veros amicos nunc desine: id est cessa querere opes diuitias amissas: qꝛ inuenisti veros amicos qui sunt preciosissimum gen⁹ diuitiarū. ¶ Nota ꝙ in aduersitate falci amici fugiūt: sꝫ tempore prosperitatis manēt. vnde Se. li. de remed. Quē tu felicem credis illum multi comitanť: vt mel musce sequitur cadauera lupi: frumenta formice predam ista turba sequitur non hominē ꝙ aduersa fortuna ostendit fideles amicos. vnde Sene. xx. epist. Turba familiaris cum a te pasci desieret ipsa non te pascet: et qd̄ tu beneficio tuo scire nō poteras: paupertate scies illa veros amicos retinebis. discedit quicunqꝫ non te sed aliud seqͥbať. est aūt propter hoc vnū amanda paupertas ꝙ a quibus ameris ostendit. vñ pauper Hen. Preualet hoc solo mala fors. ꝙ mōstrat amicos. Illa boni atqꝫ mali mōstrat vtrāqꝫ viam. Item poeta. Tēpore felici non cognoscūtur amici. Sorte patet miseria que sit dilectio vera.

cie felicitatis cum videtur blanda mentitur. Hec semper vera est cum se instabilem mutatione demonstrat. Illa fallit hec instruit. Illa mendaciū spem bonorum mentes fruentum ligat: hec cognitione fragilis felicitatis absoluit. Itaqꝫ illam videas ventosam fluentem suiqꝫ semper ignaram hanc sobriam succinctamqꝫ et ipsius aduersitatis exercitatione prudentem. ¶ Postremo felix a vero bono deuios blandicijs trahit. aduersa plerūqꝫ ad vera bona reducens velut vnco retrahit. ¶ An hoc inter minima estimandū putas ꝙ amicorum tibi fidelium mentes: hec aspera hec horribilis fortuna detexit: Hic tibi certos sodalium vultus ambiguosqꝫ secreuit. Discedens enim suos abstulit: tuos reliquit. Quanti hoc integer et: vt videbaris tibi: fortunatus emisses: Desine nunc amissas opes querere qd̄ preciosissimū diuitiarum genus est amicos inuenisti.

Item alibi. Cum fueris felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Itē Amicus
Thob. Fluctuat sensum venalis amicus egenum. Sed verus remouet vt fabricatus amor. ¶ Nota
ꝙ fidelis amicus est preciosissimum genus diuitiarum; quia amicus nono ethicorum est alter ego
id est amicorum est idem velle ⁊ nolle. Nemo enim elegit viuere sine amicis habens reliqua bona. et
Sene. ix. epistola di. Sapiēs ⁊ si contentus sit seipso: tamē amicus se habere vult ꝓpter nihil aliud
nisi vt exerceat amicitiam ne tam magna virtus lateat. ⁊ Tul. in lib. de offi. di. Honores diuitie et
dignitates nunꝙ sunt amicitie anteponende. ¶ Ascensius.



Ed ne me ⁊c. In hac prosa animaduertendū est pulchrum quidam paradoxum. i. documentum preter opinionem hominū quod philosophia ꝓponit aduersam fortunā bene mereri interdum de nobis ⁊ esse vtilem videtur appositio in adiecto: nam si aduersa est quomodo vtilis; sed sciendum ad diuersa referri. aduersa enim fortuna in rebus fortuitis est salubris ad sui cognitionem. ⁊ ad exercitiū bonorū: ad patientiā: ad castimoniam ad sobrietatem. Multi enim de necessitate virtutes faciunt. Hec tibi ceteros ⁊c. Ordo est hec. i. aduersa fortuna secreuit. i. discreuit ⁊ separauit ceteros. i. indubitandos vultus sodaliū: ⁊ ambiguos vultus amicorum. hoc enim nunc poteris per aduersam fortunam scire qui fuerint olim veri ⁊ infallaces vultus amicorum: ⁊ qui ambigui. i. simulati ⁊ cōpositi cū prosperitate. Quāti hoc integer. Ordo est. Quanti emisses hoc integer. i. cum esses integer in rebus tuis. ⁊ quāti emisses hoc fortunatus. i. cum esses fortunatus vt videbaris tibi. Non enim erat re vera fortunatus; sed arbitrabatur se fortunatum propter fortunam letā. horū ordinem posui: quia male positus est in alijs cōmentarijs. Addā omnia verba pertinentia ad preciū ⁊ valorem. aut estimationem rei regere precium ⁊ mensurā eius in ablatiuo: exceptis cum eorum compositis his quattuor genitiuis Tanti: quanti: pluris ⁊ minoris: sine substantiuo positis. quia cum substantiuo etiam in ablatiuo ponuntur vt docet Valla. hoc ergo quanti emisses non exponēs id est quanti precij emisses: sed quāto precio. Addam ⁊ illud. Sodales dici sm Laurentium Valle. socios voluptatem ⁊ delitiarum ⁊ precipue conuiuiorum: ⁊ mense aut collegas.

Fortuna aduersa.

Quāti ⁊c.

¶ Metrum octauum secundi libri.



Quod mundus stabili fide
Concordes variat vices:
Quod pugnantia semina
Fedus perpetuum tenent
Quod phebus roseum diem
Curru prouehit aureo
Ut quas duxerit hesperus
Phebe noctibus imperet.
Et fluctus auidum mare
Certo fine coerceat
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos
Hanc rerum seriem ligat

¶ Metrum octauum secundi libri.



Quod mūdus stabili fide. Hic icipit octauum ⁊ vltimū metrū hui⁹ scdi qd dicitur gliconiū ab inuentore amphimachru a pede predominante: ⁊ est amphimacrus pes antiquorum cōstans ex prima ⁊ vltima longa et duabus breuibus medijs dictus ab amphi quod est circum ⁊ macros longum quasi habens circūquaꝗ longam syllabam. In quo metro philosophia commendat amorem ex quo dicit ꝙ amici sunt preciosissimū genus diuitiarum ⁊ primo commendat amorem diuinum. Scdo ostendit quomodo humana natura amicitia conseruatur. Hic sanctos. Primo facit quod dictum est. Secundo ostendit ꝙ ablato diuino amore omnia corrumpuntur ibi. Hic si freno. Primo di. amor sup. diuinus regens terras ac pelagus et imperitans. i. frequenter iperans celo ille amor ligat hanc seriem. i. concordiam rerum ꝙ mundus stabili fide variat cōcordes vices. i. alternationes temporū anni noctis ⁊ diei. ⁊ ꝙ semina pugnantia. i. elementa contraria tenēt perpetuū fedus. i. concordiā ne vnum aliud totaliter corrūpat quod phebus. i. sol curru aureo prouehit. i. pducit roseū diē. i. clarū diem. idem amor facit vt phebe. i. luna iperet. i. presit noctibus; quas noctes hesperus. i. stella vespertina duxerit. i. adduxerit: ⁊ vt auidū mare ad exeundū coerceat fluctus suos: certo fine. i. determinato fine ne liceat sibi tēdere. i. extēdere latos terminos vagis terris. i. amplis terris: sup. totaliter cooperiēdo terram. ¶ Nota ꝙ Tullius loquēs de amicitia dicit. Amicitia idest virtus mouens superiora ad protectionem inferiorum ⁊ inferiora ad subiectionē superiorum amicitia enim sublata ois in vita tollit iocunditas. ¶ Nota ꝙ elementa appellat semina: quia ex ipsis tanꝗ ex seminibus corpa pducunt sicut enim semē est principiū fructus; sic elementa principia corporum mixtorum ⁊ dicit elemēta pugnātia p

Sodales

Sanctus thomas

Amicitia.

semina elementaria

Terras ac pelagus regens
Et celo imperitans amor
¶ Hic si frena remiserit
Quicquid nunc amat inuicem
Bellum continuo gerit
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant
Certant soluere machinam.
¶ Hic sanctos populos quos
Junctos federe continet
Hic et coniugii sacrum
Castis nectit amoribus
Hic fidis etiam sua
Dictat iura sodalibus
O felix hominum genus
Si vestros animos amor
Quo celum regitur regat.

¶ Explicitus est liber secundus
¶ Sequitur liber tertius.

pter ipsorum contrarietatē. nam aliqua sunt calida aliqua frigida. quedam humida: quedā sicca. hec elementa diuino amore ordinante tenent proprium fedus qz grauitas inferiorū non aufert leuitatem superiorum nec econuerso: simul totaliter se non corrumpunt. ¶ Hic si frena remiserit. Hic ostendit q amore diuino subtracto omnia corrumpuntur dicens. Si hic amor diuinus remiserit frena. i. legem gubernandi res quicquid nunc amat inuicem. i. concordat illud continuo gerit bellum z ipsa elemēta certāt. i. litigāt soluere. i. destruere machinā. s. mundanā: quā nunc socia fide. i. concordi federe incitāt pulchris motibus. i. faciunt ordinate mouere. ¶ Nota q sublato dei amore z concordia omnia dissoluunt. vnd Alanus in anticlaudiano de planctu nature z sciētia loquēs in persona amoris et cōcordie dicit. Si mea iura: meas leges mea federe nudus. Olim seruasset vel adhuc seruaret amoris. Vincula nō tantis gemeret sub cladibus orbis ¶ Hic sanctos populos quos hic ondit philosophia quomodo per amorem conseruatur et conciliatur amicitia humana dicens Hic amor continet id est conseruat sanctos. i. virtuosos q pro z populos iunctos federe. s. amicitie z hic amor nectit sacramentū coniugii castis amoribus viri et vxoris. z hic amor dictat iura sua id est imponit legem amicitie fidis sodalibus: et quia ista proueniūt ab amore diuino tanq̄ a suo pprio ideo subiungit. O felix genus hominū supple dico si amor scilicet diuinus quo celum regit regat aios vros supple causando in eis amicitie concordiam. ¶ Nota q amor dictat iura fidis sodalibus. Iura autem amicorū et sodaliū innuit Seneca. iij. epistola dicens. Diu cogita an aliq̄s in amicum sit tibi recipiendus: sz cum placuerit fieri toto illum pectore admitte tam audacter cum illo loquere q̄ tecum. Tu quidē ita viue vt nihil tibi committas nisi quod etiam amico tuo committere possis. Cum amico tuo omnes curas omnes cogitatōes misce si fideles putaueris. Sunt etiam quidam qui que amicis sunt tantum committenda omnibus narrant. quidam carissimorū conscientiam reformidant nulli credituri: neutrum faciendum est: vtrumq3 vitium est z omnibus credere z nulli. ¶ Nota circa predicta q amicitia pprie dicta tm̄ inuenit in reb' rationabilib': z vt sic amicitia est par volūtas bonoꝝ inter aliquos. sed large capiēdo amicitiā sic etiā est in rōnabilibus z vt sic amicitia est concordia diuersarum rerum adinuicem.

Amicitie leges.

¶ Ascensius.

Quod mundus. Ode est monocolos id est vniusmodi carminis quod dicitur gliconicum heroicum. Constās spondeo z duabus dactylis: sed vltima est communis. Pulchre ostendit philosophia omnia quodaz federe z ligamento amoris constare. Quocirca ne nihil hic dicam vnum manebo. Amores in plurali numero licet interduz honesti et casti legantur. tamen sm̄ Seruium proprie sunt lasciui. et amor in singulari castus intelligitur. quocirca oportune dicit auctor noster castis nectit amorib'. Sodales autem hic college dici possunt.

¶ Explicitus est liber secundus

¶ Incipit prosa prima libri tertij.

IAm cantum illa finierat. Iste est tertius liber Boe. de consola. philosophie et conti- nuatur ad libros precedentes in hunc modū. Postꝙ philosophia in primo libro scru tata est causas doloris Boe. et in secūdo libro adhibuit sibi remedia facilia. in presen ti libro ⁊ in sequētib' philosophia adhibet bona remedia grauiora. Sunt autem re- media grauiora rationes contra cōmunē opinionē Sanctus thomas.

❡ Prosa prima libri tertij. Boe.

IAm cantū illa finierat cū me audiendi auidū stupentē arrectis ad hec auri- bus carminis mulcedo defixerat itaꝙ paulopost. O inꝙ summū lassoꝝ solamē aiorū ꝙtū me vel sententiarū pōdere vel canēdi etiam io cūditate refouisti. adeo me iā post hac imparē fortune ictib' nō arbitrer. Itaꝙ remedia ꝗ pauloante acriora esse dicebas nō mō nō pḣorresco ſʒ audiēdi auid' vehe mēter efflagito. Phi. ❡ Tū illa sensi inquit cū verba

hominū probātes ꝙ in bonis exte rioribus nō cōsistit vera felicitas ostendēdo in quo sita sit vera feli citas ⁊ quō ad ipsam perueniat. Et diuiditur iste liber i. xxiiij. partes q: huius libri sunt. xij. prose et. xij. me tra: que partes patebūt in proces su libri quid aūt et de quo deter- minet in qualibet istarū partiū. similr patebit. Prosa prima hui' ter tij diuidit in tres partes. primo ondit Boe. quomodo post ꝑdicta al locut' fuerit philosophiam. secūdo ponit responsionē phie. tertio Boe. diri git quendā petitionē ad ipsam: se cūda ibi. Tū illa: tertia ibi. Tum ego. Dicit primo. Iam illa phia fi nierat cantū. i. metrū qd erat de cōmendatione amoris diuini et amicitie ⁊ cū ego Boe. essem ale- ctus dulcedine metri ad audien- dū cū auiditate ⁊ admiratiōe ver ba phie aurib' arrectis ego dixi: o phia ꝗ es summū solamē aiorū lassorū ꝙtum me refocillasti tuis prosis et metris in tantū ꝙ iam bene possum resistere insultib' fortune: ⁊ ideo dicit remedia que prius dixisti esse grauia nō timeo: sed ea audire diligenter expecto. ❡ Nota ꝙ Boe. metrū vocat cantum sicut enim in cantu est eleua tio ⁊ depressio vocis: sic similiter in metro ratione ꝙtitatis correpte et producte syllabarū attendi tur quedam eleuatio et depressio: q: ratione ꝙtitatis producte fit eleuatio ratione ꝙtitatis corre pte fit depressio. Item quia metrum est subtilius et delectabilius prosa: ideo animū demulcet vn de auctor poetrie metrum comparat domicelle di. Vultꝙ venire metrum tanꝙ compto domicel la. Crine nitente gena: subtili corpore forma egregia. Ideo di. Boe. mulcedo carminis. i. metri. Itē homo debet esse auidus ⁊ stupens circa philosophiā. Auidus inꝙ: qr di. Sene. xvij. epi. proiice om nia si sapis: immo vt sapias: ⁊ ad philosophiā magno cursu totisꝙ viribus tende: vnde etiam ho mo debet esse stupens. i. admirans de phia q: ipsa est res mirabilis et diuina ſm Ari. in prin. ii. sui de celo et mūdo. ⁊ phia confert mirabiles delectationes. x. ethi. Itē animi lassi sunt graui cura vel aduersitate aliqua oppressi horū phia est summū solamē: q: ipsa persuadet magnanimitate qua cō tra aduersitates fortune homo constāter debet militare. Itē per phiā homo bene pōt resistere icti bus fortune q: i. ethi. di. Ari. Sapiens hī sit ferre fortunas: hʒ se sine vituperio sicut tetragonum. vnde dicit in littera. Iam illa. i. phia finierat cantū. i. metrū de amore diuino cū mulcedo. i. suaui tas carminis defixerat. i. stabilierat me auidū audiēdi. ꝙ ꝑ et stupentē. i. admirantē sup. vba phie auribus meis arrectis. i. eleuatis ad hec. s. vba itaꝙ paulopost ego inꝙ. i. dixi. O summū solamen lassorū animoꝝ sup. ꝑ aduersitatē ꝙtū me refouisti pondere sentētiarū sup. prose vel etiā iocundi tate canēdi. i. metri: adeo. i. intm vt iam post hac nō arbitrer me esse imparē. i. dissimilē in resisten do ictibus. i. insultibus fortune. Itaꝙ remedia illa que paulo ante dicebas esse acriora. i. grauiora non modo. i. non tm non perhorresco. i. non timeo: sed ego auidus audiendi sup. ea vehementer ef flagito. i. expostulo. ❡ Ubi sciendū ꝙ ſm Hug. efflagitare est valde flagitare: expostulare: petere Efflagita cum clamore poscere. ❡ Tum illa sensi inquit. Hic ponit responsionē philosophie dicēs. Ego bene re. sensi illud cū tu tacitus et attentus recepisti verba nostra ⁊ cū ego perfeci mentē tuā: talia tm̄ sunt remedia que adhuc restāt vt ipsa degustata primo sint amara: sed postea dulcescant: sed q: te dicis esse cupidū audiēdi verba nostra. O ꝙto desiderio arderes si cognosceres quo laboram' te ducere et di. Boe. quo vis me ducere. Respōdit philosophia ad cognitionē vere felicitatis quā anim' tu' quasi somniādo adhuc vix cognoscit: qr est occupat' imaginib' false felicitatis. ❡ No. ꝙ Boe. tacit' verba phie rapiebat bono cōsilio Senece dicētis. Esto vborū tacit' auditor: auditorū ꝓpt' repe titor. ❡ Nota ꝙ ꝑcepta phicalia primo sunt amara. Postea dulcescūt. ſm illud poete. Discere sit ca Precepta rum ꝙuis primo sit amarum. et Eustratius. i. ethico. di. Sciunt docte quoniā laboriosa est posses phicalia. sio virtutum sed propter eius amaritudinē philosophia nō est abijcienda quia non est dignus dul coris acumine qui amaritudinis nequit muscari grauamine: ſm Boe. in de disciplina scholarium. ❡ Nota sicut somnians putās fantasmata sibi occurrentia esse veras res de quibus somniat: et ta men non sunt ipse res: sic Boe. in ipsis temporalibus putauit esse veram felicitatem que tamen non est: sed tm̄ sunt quedam similitudines vere felicitatis sicut fantasmata somniorū sunt simili

nostra tacitus attẽtusq̧ rapiebas cũq̧ tue mẽtis habitum vel expectaui: vel qd̕ est verius ipsa perfeci: talia sunt quippe que restant vt degustata quidem mordeant: interius autem recepta dulcescant. Sed ꝙ tu te audiendi cupidum dicis q̃to ardore flagrares si quonam te ducere aggrediamur agnosceres. Boeti. quonam inq̃. Philoso. ad veram inquit felicitatem quaꝫ tuus quoq̧ somniat animus: sed occupato ad imagines visu ipsam illam non potest intueri. Boe. Tum ego fac obsecro: et que sit illa vera sine cunctatione demonstra. Philo. Faciam inquit illa tui causa libenter sed que tibi causa notior est eam prius designare verbis atq̧ informare conabor vt ea perspecta cum in contrariam partem flexeris oculos vere speciem beatitudinis possis agnoscere.

tudines rerum. ¶ Nota ꝙ bona exteriora vocat imagines vere felicitatis: sed vera felicitas non est in ipsis. vnde dicit in littera. Tum pro tunc. illa. s. phia inquit ego sensi. i. noui sup. intentionẽ tuam cum tu tacitus ⁊ attentus rapiebas verba nostra. q̧ pro et cum ego expectaui. alia littera habet expetiui. i. reuocaui habitũ tue mẽtis. vel qd̕ est verius dicere. cum ego ipsa habitum tue mentis perfeci. quippe. i. nimirũ talia sunt sup. remedia que restant sup. sumenda vt ipsa quidem degustata primo mordeãt. i. displiceant: interius autem recepta dulcescant sed qd̕ tu dicis te cupidũ audiẽdi sup. illa remedia. O quãto ardore. i. desiderio flagrares: id est arderes si agnosceres quonaꝫ. i. ad quẽ locũ aggrediamur. i. icipim⁹ te ducere. Ego Boe. inq̃: id est dixi sup. quonã vis me ducere inq̃t sup. phia ad verã felicitatẽ quaꝫ tuus animus somniat. i. imperfecte cognoscit. Sꝫ visu. i. cognitione occupato ad imagies. i. ad bona tẽporalia que sunt imagines ⁊ similitudines vere felicitatis tu non potes intueri: id est inspicere ipsam. i. verã felicitatẽ. ¶ Tũ ego fac obsecro. Hic Boe. dirigit petitionẽ suã phie et ponit consensuꝫ sue petitionis dicens. O philosophia rogo vt sine dilatione demõstres mihi que sit vera felicitas ⁊ philosophia p̃sentiẽs dicit libenẽ faciã tui causa: sed prius ego ostẽdam tibi falsam felicitatẽ tibi notiorem: vt illa cognita per cõtrarium possis postea agnoscere veram felicitatẽ. ¶ Nota circa hoc qd̕ dicit faciam tui causa libenter ꝙ philosophia petitionis bonuꝫ nõ admittit. vñ Sene. Nulli perclusa est virtus sapiẽtie oĩbus patet: omnes imitat: omnes admittit: non eligit domũ: neq̧ censum: sed nudo homine contenta est. ¶ Nota ꝙ innata est nobis via procedẽdi ex nobis magis notis ad minus nota primo phisicorũ. et secũdo de anima. Cum igitur bona exteriora sint nobis magis nota in quibus aliqui aliq̃m posuerunt consistere felicitatem q̃ bona interiora: ideo philosophia primo vult determinare de falsa felicitate nobis magis nota que ponitur in bonis exterioribus ipsam extirpando: vt per eam cognoscamus veram felicitatem tanq̃ per contrarium. ¶ Nota ꝙ Seneca in de virtutibus cardinalib⁹ dicit. Scire debes quedam non videtur esse bona et sunt: quedam q̃ videntur esse bona et nõ sunt quecunq̧ autem ex rebus trãsitorijs possides non hec magna existimes: non mireris quod caducum est. Ex quo patet ꝙ vera felicitas non cõsistit in bonis exterioribus que videntur esse vera bona et tamen nõ sunt. vnde dicit in littera. Tum pro tunc ego scilicet Boetius dixi. o philosophia obsecro: id est pero. fac: id est duc me ad illam felicitatẽ et demonstra mihi sine cunctatione: id est sine mora que sit illa vera supple felicitas. Illa philosophia inquit faciã libenter tui causa: sed ego prius conabor: id est laborabo tibi designare v̄bis. atq̧ prius informare que causa: id est felicitas habẽs rationem cause finalis sit tibi notior: id est manifestior vt ea supple falsa felicitate perspecta: id est cognita possis agnoscere specimen: id est similitudinẽ vere beatitudinis cum flexeris oculos supple cognitionis in contrariam partem false felicitatis.

¶ Ascensius.

¶ Interpretatio ascensiana tertij libri.



Carmen. Arrigere aures.

Am cantum illa finierat cum me audiendi ⁊c. Verba sunt Boetiana. Quorum ordo melior est. Illa videlicet philosophia finierat cantum suum. iam: id est citius q̃ valebam quod gallice dicitur des ia: cuꝫ vel (vt melius forte scribam) quum: id est quando mulcedo: id est leuitas et suauitas carminis desixerat: id est firmiter attentum tenuerat me audiũ: id est cupidum audiendi et stupentẽ: et hoc aurib⁹ meis arrectis ad hec que ipsa cecinit. Itaq̧ q: tunc stupidus erã. inq̃. i. dico paulopost. O. summũ lassorum sola ⁊c. Cantus et carmen idem sunt: vtrunq̧ eñ dicitur a canendo: lꝫ quidã carmen a carmente, alij a carminando dictũ somnient. Arrigere aures ẽ applicare.

et eleuare: imo approximare: si ita dicam: aures ad melius audiēdum: tractumq; est a brutis auribus id est longas auriculas habētibus: que vt melius audiant surrigūt et arrigunt aures. Terentius. Arrige aures pamphile. Virgilius in pmo Eneid. Arreptisq; auribus astāt. In quarto de fama tot surgit aures. Solamen et solacium idem sunt. Sed solamen inquit magis poeticū est. Virgilius in tertio Eneidos. Solamenq; mali de collo fistulo pondet: quo tamen inquit Boeti'. vt quidam alij vtūtur. Fit autem tam solatium ꝙ solamen: vt idem dicit re: sed consolatio verbis. Quīti. Ceteras misere solatium est habere rem vidētium. Idem iis obuiam cōsolationibus &c. Idem patet in titulo huius operis. Dicitur enim de consolatione philosophie: quia philosophia solatur verbis non re. Tui causa dicimus: etiam tua causa est idem: ac si dicam. Causa tui ppsius vel tue psone: sed tua causa pre vtilitate tua: quomodo hic potius loquendum fuisse videri potest.

Solamen. Solatiū. Cōsolatio.

Tui causa et tua cā.

Metrum primum libri tertij.



Ui serere ingenuum volet agrum
Liberat arua prius fruticibus
Falce rubos filicemq; resecat.
Ut noua fruge grauis ceres eat.
Dulcior est apium mage labor
Si malus ora prius sapor edat
Gratius astra nitent vbi nothus
Desinit imbriferos dare sonos
Lucifer vt tenebras pepulerit
Pulchra dies roseos agit equos.
Tu quoq; falsa tuens bona: prius
Incipe colla iugo retrahere
Uera dehinc animum subierint.

Metrū primū tertij libri.



Ui serere ingenuum volet agrum. Istud est metrū primum huius tertij qđ dicitur metrū chori-ābicum ab inuētore: dactylicum a pede predomināte. et prim' versus huius metri est hipercatalecticus: q2 post primum pedem abundat vna syllaba scz re in hac dictōne. scz serere. Et q2 philosophia predixit ꝙ pus esset ostēdendū que sit falsa felicitas: postea que sit vera. ideo phia in hoc metro cōmendat hūc ordinē per exempla quattuor. Primum est. Quicūq; vult seminare bonū agrū oportet prius extirpare nociuas herbas: vt ager bene fructificet. Simil'r aliquis volēs cognoscere veram felicitatē oportet prius extirpare falsam. vnde dicit i lr̄a. Qui volet serere agrū ingenuū. id ē nobilem prius liberat arua. i. agros fruct'bus. i. radicibus que impediūt ne semen crescat: et ille resecat. i. prescindit rubos. i. paruas arbores: q; p et felicem. i. herbam inutilē fa'ce. i. falcastro: vt noua ceres eat. i. prodeat et nascatur grauis. i. onusta fruge. Scōm exemplū est sicut pregustando aliquid amarū mel apparet dulcius: sic pꝑter cognitionē false felicitatis magis cognoscitur vera felicitas. vnde dicit in littera. Labor apium est mage dulcior. i. mel est magis dulce: si malus sapor prius edat. i. inficiat ora. Tertiū exemplū est: sicut post tēpus nebulosum est gratior serenitas: sic post cognitionem false felicitatis gratior est cognitio vere felicitatis. Unde dicit in lr̄a. Ubi pro postꝙ nothus ventus australis desinit id est cessat dare imbriferos sonos. i. flatus pdu. id est delectabilius. Quartū exemplum est: ceres imbres: tūc astra nitent gratius sicut pulchra dies sequit tenebras noctis sic cognitio vere felicitatis sequit cognitionē false felicitatis. vn̄ dicit in littera. Ut id est postꝙ lucifer. i. stella matutina pepulerit. i. fugauerit tenebras noctis: tūc pulchra dies agit. i. ducit roseos equos solis: tūc applicat exempla ad ppositū di. Tu prius debes considerare falsa bona et ipsis extirpatis debes cognoscere vera bona in quibus consistit felicitas. Un̄ dicit in littera. Tu quoq; prius intuēs. i. respiciens falsa bōa incipe trahere colla iugo. i. a iugo false felicitatis dehinc. i. postea vera bona subierint. i. subintrabūt animū tuū. Nota ꝙ sicut pri' extirpanda sunt vitia: et postea inserende virtutes: sic ager prius est purgandus: et postea seminādus. Unde Thobias. Spinis et tribulis purgari noualia debent agri: vt semen fructificare queat. Nota ꝙ frutex ſm Hug. est densitas virgularum vel arborum vel spinarum. vel ſm alios frutex est arbor parua que terrā fronde tegit. Nota filix est inutilis herba habens folia ad modū filorum. de qua dicit. Persius. Non tn̄ filix vllo māsuescit aratro. Nota ꝙ post amaritudinē dulcedo est gratior et sensibilior. Unde poeta. Dulcia nō meruit qui non gustauit amara. Nec ꝙpposituꝫ noscit omne bonū. Hec paup Henricus. Nota ꝙ Boe. dicit apium pro apum in genitiuo plurali; quod est contra Alex. qui dixit. Um das apis &c. et quod hic dicat apiū et nō apum patet per metrū quod: semp constat ex tribus dactilis cōtinuis. i[...] ... tē poneret apum nō essent tres dactyli cōtinui. possz tamen dici ꝙ causa metri ponitur apium pro apum.

Sanctus Thomas.

Frutex.

Ascensius.



Qui serere ingenuum volet agrum. Carmen hoc est monocolon.i. vnius generis constans ex tribus dactylis et perichio:qui constat ex duabus breuibus. Nec est hypercatalecticus primus versicul⁹:id est abundans in syllaba:qu a syllaba reassumitur a vocali sequenti:sed est acatalecticus:quia legitima fine concluditur. In secũdo carmine non leges fructibus:sed fructicibus. Sunt autem

Fructices: fructices que ad iustã mẽsuram arboris non assurgunt. sunt tamen perennes id est hyeme non pereunt: vt vepres:sentes:rubi. ⁊ id genus alia. tribuli aũt vt vrtice:quia pereunt hyeme potius herbe sunt dicẽde. Dulcior est apium. Sic Juuenalis. Examenq̃ apium longa cõsederat vua. Alexãder ɔtra. Um

Apes apium.: dat apis volucris ⁊c. sed ⁊ apium legitur. Mage causa metri in prosa frequẽtius magis legit̃ idest tñ sunt. Non pretermittã illud. Ingenuũ dici nõ nobilem:nec ex significato ꝑmo liberum: sed natu

Ingenuũ.: ralem:⁊ talem qualẽ natura ingenuit:sed quia iure naturali liberi oẽs sumus cũ seruitus sit de iure gentiũ introducta vocamus:ingenuum liberum.i. talem qualis naturalis iure debuit nasci. id ẽ eum qui ex maioribus liberis ꝓcipue matre natus est. Labor apium: licẽter labor hic ponitur pro

Labor.: opere. Nã per laborẽ ⁊ operã fit opus. Est autẽ periphrasis.i. descriptio ⁊ circũlocutio mellis. Qđ autem dicit mage. Dulcior aũt comparatiuũ pro positiuo sumit: vt sit mage dulce. Edat ab edo es est deriuat̃ nõ ab edo edis. Sensus aũt est edat ora.i. quodãmodo terat et cõsumat visu. Tu quoq̃ falsa tuens. Uersus non patitur vt legat intuens ꝗuis hoc significet.

Prosa secunda libri tertii.


Tum defixo paululũ visu ⁊ velut in angustã sue mẽtis sedẽ recepta sic cepit. Phi. Omnis mortaliũ cura quã multiplicium studiorum labor exercet diuerso q̃dem calle ꝓcedit:sed ad vnũ tñ beatitudinis finẽ nitit̃ peruenire. Id autẽ est bonum quo quis adepto nihil vlterius desiderare queat: quod quidem est omnium summũ bonorum:cunctaq̃ intra se continens bona. Cui siquidem abforet summũ bonum esse non posset qm̃ relinqueret̃ extrinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinẽ statum bonorũ omniũ congre

Sanctus Thomas.


Tum defixo paululum visu. Hec est secũda prosa huius tertij in q̃ philosophia ponit diuersas opiniões circa falsam felicitatẽ. Et primo Boetius ostẽdit quomodo se habuit philosophia post predicta. Secũdo philosophia ostendit ꝙ oẽs hoies nitũtur peruenire ad beatitudinem quam ipa diffinit. Tertio ostendit ꝙ homines sepe abducuntur a vera felicitate diuersis erroribus. Quarto ponit errores siue infelicitates circa felicitatem. Secũda ibi. Ois mortaliũ. tertia ibi. Hic vti. quarta ibi. Quorum quidẽ. Dicit primo. Postq̃ philosophia premisit ordinẽ procedẽdi de falsa felicitate ad veram:tum pro tunc ipa paululum defixo visu id est inclinat̃ oculis:et recepta velut in angustam id est nobilem sedẽ sue mentis sic cepit: id est incepit loqui.

Capitis inclinatio: ¶ Nota ꝙ capitis inclinatio est signũ subtilis imaginationis:ꝓpter quod subtiliter ⁊ ꝓfunde imaginantes caput inclinãt:⁊ quãdoq̃ non vidẽt delata corã oculis. ideo Phi. volens subtilr̃ speculari de felicitate:quia eius speculatio difficilis est ipa inclinato visu cõtraxit in nobilẽ speculatiões sue mentis. Omnis mortaliũ cura. Hic philosophia ostẽdit ꝙ oẽs hoies nitũtur ꝑuenire ad vnũ finem beatitudinis: quã beatitudinẽ ipa etiã diffinit ⁊ dicit sic. Omnis cura.i. sollicitudo mortaliũ id est hoim:quã curã exercet labor multipliciũ studiorũ:quia aliqui studẽt in litteratura:aliqui in mercantia:⁊ sic de alijs. Illa cura ꝓcedit diuerso quidã calle.i. diuerso modo viuẽdi: sed tñ nititur ꝑuenire ad vnũ finẽ beatitudinis. Illud aũt ad quod hoies nitũtur ꝑuenire est tale bonũ quo quis adepto nihil vlterius queat desiderare:quod scʒ bonũ est summũ oĩm bonoꝝ cõtinens intra se cuncta bona:cui scʒ bona siquid.i. aliquid abforet.i. deesset:non posset esse summũ bonũ:q2 relinq̃ret̃ aliquid extrinsecus.i. extra illud bonũ quod posset optari. Ex quibus dictis philosophia cõcludit diffinitionem beatitudinis dicens. Liquet.i. manifestuʒ est beatitudinẽ esse statum perfectum congregatione omniũ bonorum. ¶ Nota ꝙ cognitio vltimi finis magnũ incremẽtum confert ad vitam

Finis.: primo Ethicoꝝ. quia ꝑm exigentiã finis cetera moderãtur:ꝑm Linconiensem primo Posteriorum. ideo philosophia tradit nobis cognitionẽ vltimi finis scilʒ beatitudinẽ. ¶ Nota finis est magis eligendus his que sunt ꝓpter finem. vt patet per Aristo. iij. Ethi. Idem ibidem. Cuius finis est bon⁹ ipm̃ quoq̃ bonũ. Item omnia denominãda sunt a fine. vnde poeta. Si finis bonus est,totum laudabile hoc est. ¶ Nota finis in agibilibus habet se sicut principiũ in speculabilibus:sicut ergo intellect⁹ noster naturaliter adheret ꝑmis principijs:sic appetitus noster naturaliter adheret vltimo fini qui est summũ bonum. ¶ Nota ꝙ duplex est finis. scilʒ finis quo:⁊ finis cuius gratia oĩa fiunt. Ille est eñ vnus sicut deus vel beatitudo:⁊ iste finis ab oĩbus sub vna rõne inquãtũ bonũ satians

gatione perfectũ. Hunc vti diximus diuerso trami te mortales oẽs conãtur adipisci. Est enĩ mentibus hominũ veri boni naturaliter inserta cupiditas: sed ad falsa deuius error abducit. Quorũ quidẽ alij summũ esse bonũ nihilo indigere credentes vt diuitijs affluãt elaborant. Alij vero summũ bonũ quod sit dignissimũ veneratiõe iudicãtes adeptis honoribus reuerẽdi ciuibus suis esse nitũtur. Sunt q̃ summũ bonũ in summa potentia cõstituãt. hi vel negare ipsi volũt vel regnãtibus adherere conanf. At quib⁹ optimũ quidẽ claritas videtur: hi vel belli vel pacis artib⁹ gloriosũ nomẽ ppagare festinãt. Plurimi vero boni fructũ gaudio leticiaq; metiuntur: hi felicissimũ putant voluptate de

appetitũ hominis. Finis autẽ quo est operatio quo hoies nitũtur adipisci finẽ gratia cuius et talis finis non est vnus sicut vna operatio omniũ: ideo dicit phia q cura hominũ pcedit diuerso calle ad consequendũ vltimũ finẽ. ¶ Nota illud ad qd oẽs hoies nitũtur peruenire est bonũ: q2 bonũ est qd oia appetũt. primo ethi. ¶ Nota q beatitudo habet rationẽ vltimi finis ipsa est tale bonũ quo adepto nihil vlteri⁹ cõsideraf. nam de ratione finis est esse vltimũ et vltra illud quod est vltimuz nihil est ergo etiã oportet illud eẽ summũ bonũ: tale aũt est beatitudo. ¶ Nota q beatitudo est boni optimũ: pulcherrimuz. et delectabilissimũ: ideo beatitudo est status pfect⁹ cõgregatione oĩm bonorũ cõtinẽs in se ŏmia bona: si enĩ aliquod bonũ sibi deficeret nõ esset summũ bonuz. ¶ Hũc vti dixim⁹. In ista parte ondit phia q hoies a vera felicitate diuersis errorib⁹ adducũtur dicẽs. Hunc. s. statum beatitudinis oẽs mortales sicut diximus conãtur adipisci diuerso tramite. i. diuersa via: q2 cupiditas. i. appeti⁹ veri boni naturaliter est inserta mentib⁹ hoim: sed beatitudo est verũ bonũ: q2 summũ bonũ: sed deuius error abducit homies ad falsa bona. ¶ Nota q beatitudo aggregat i se oia bona: ideo ei⁹ cupiditas naturalit est hoibus inserta. Ubi tñ sciẽduz q beatitudinẽ cõtinere oia bona põt intelligi dupliciter. Uno mõ formaliter nec sic cõtinet oia bona: q2 felicitas formaliter ⁊ essentialiter põt eẽ sine bonis exterioribus: vt sine diuitijs ⁊ ceteris bonis. Alio modo intelligit cõtinere ea v̾tualiter: ita q beatitudo excellat oia bona: ⁊ sic diffinitio ei⁹ est vera. ¶ Nota q philosophia hic vtitur quadã figura que dicit epitheton dicendo deuius error. nullus enĩ error est qui nõ sit deuius. vnde poeta. Fiet epitheton si dicas tristia bella. ¶ Nota cum mẽs humana naturalr desideret verũ bonũ nunq̃ tẽdit in falsum bonũ nisi inquãtum ipm estimatur esse verum bonũ. talis aũt estimatio est deuius error: g̃ deuius error ad falsa adducit. ¶ Quorũ quidẽ alij. Hic philosophia ponit diuersas opiniones circa felicitatem ostẽdens quõ hoies per errorem ad falsa bona ducebãtur. Secundo ostendit q in talib⁹ bonis posuerunt beatitudinẽ. Tertio ostendit q naturaliter eorum intẽtio tendebat ad verã beatitudinẽ secũda ibi. Quibus dubia. tertia ibi. Sed ad hoim studia. Primo ostẽdit quõ hoies errabant circa falsa bona statuẽdo in eis finem. Secũdo ostendit quõ quedã fines ad inuicez permutabãt. Tertio alia bona fortuita reducit ad predicta. secũda ibi. Sunt etiã. tertia ibi. In his igitur. Primo dicit. quorũ sup. hoim qui ducũtur ad falsa bona alij credẽtes summũ bonũ esse nihilo indigere ipsi elaborant vt affluant. i. abũdent diuitijs ponẽdo omnẽ sufficientiã esse in diuitijs ⁊ in hoc errabãt. Alij v̾o summũ bonum iudicãtes qd dignissimũ est veneratione. i. honore: tales adeptis honorib⁹ nitũtur esse honorãdi suis ciuibus putantes in honoribus temporalibus verã dignitatem consistere et in hoc errabant. Sunt alij q̃ summum bonum consistunt in summa potentia: hi conanf regnare vt adherere regnantibus tanq̃ consiliarij vel familiares eorum: per hoc putantes se esse vere potentes ⁊ in hoc decipiuntur sed quibus claritas. i. fama videtur esse optimum bonũ illi festinant ppagare. i. dilatare gloriosum nomẽ. i. pulchrã famam artib⁹. i. studijs belli sicut viri militares: vel artibus pacis sicut sapientes mundi: credentes se per hoc acquirere gloriam immortalẽ ⁊ decipiunf per hoc. Plurimi vero. i. multi metiuntur. i. mensurant fructum boni gaudio et leticia exteriori hi putant id est estimant felicissimum defluere. i. abundare voluptate. i. delectatione corporali estimantes in hac consistere verum gaudium quod est erroneum. ¶ Nota quinq; sunt in quibus errantes a vero bono posuerunt cõsistere verã felicitatẽ. s. diuitie honores ptẽtes gloria. ⁊ voluptatẽ quorz sufficientia sic accipif cum finis habeat rõnem boni. ẜm diuersitatẽ boni diuersificatur finis. Est aũt triplex bonum vtile. delectabile: ⁊ bonũ honestum ⁊ illi q̃ intendebant bono vtili posuerũt felicitatem in diuitijs: sed qui intendebant bono delectabili ponebant voluptates: ⁊ in illis posuerunt finem ⁊ felicitatem. qui autem intẽdebant bono honesto isti diuersificabantur: q2 bonũ honestũ ⁊ bonũ ẜm rõnem. Rõ aũt est duplex. s. speculatiua ⁊ practica: de bono honesto qd cõsistit in speculatione non loquebanf isti: q2 tale bonũ est latens: ipsi aũt posuerũt felicitatem in bono honesto quod est bonũ rõnis practice. Tale ergo bonũ vel cõsistit in opinione hoim: ⁊ sic ẽ gloria. vel consi-

sistit in exercitio actus realis: τ hoc est dupliciter. vel enim consistit in exercitio proprij actus circa alios: τ est potẽtia vel consistit in exercitio actus aliorum circa se: τ sic est honor. ¶ Sunt etiam q̃ horum. In ista parte ostẽdit quõ quidã istorum fines iam dictas permutabant τ dicit. Sunt etiã aliqui fines q; pro τ causas finales permutãt alterutro. i. adinuicem desiderantes vnũ propter alterum nam q̃dam desiderant diuitias τ voluptates ob. i. propter potentiã τ sunt alij qui potẽtiam petũt: q; pro τ desiderant causa pecunie. i. propter diuitias vel causa proferendi nois. i. causa dilatatiõis fame. ¶ No. sm Aristotelem .iij. ethi. Qualis vnusq̃sq; est talis finis videt̃ ei. sm ergo diuersam dispositionẽ hominum diuersi fines eligunt̃ propter aliquem finem per qđ aliquis videt̃ posse consequi illum finem. Cum igitur ponẽtes finẽ esse diuitias magis putabant se diuitias cõsequi per potentiã ipsi appetebãt potẽtiam propter diuitias ecõuerso quib⁹ videbat̃ se posse consequi potentiam per diuitias: ipsi appetebãt diuitias propter potentiam τ sic permutationẽ istorum finiũ adinuicem. ¶ In his igitur ceterisq; talibus. Hic phia reducit oĩa bona fortune in quibus ponunt hoies felicitatẽ ad predicta quinq; τ dicit. In his igit̃ quinq; bon⁹ τ ceteris talibus. s. reducibilib⁹ ad predicta versatur intentio actuũ humanorum et votorũ. i. desideriorũ: et manifestat exẽplariter q; alia reducant̃ ad ipsa dicẽs veluti nobilitas. qz per fauor popularis que videt̃ cõparare quandã claritatẽ. i. gloriam. ideo sup. reducitur ad gloriam. vxor aut ac per liberi. i. filij sunt que appetũtur gratia iocũditatis. i. causa voluptatis: τ iđ ad voluptatẽ reducitur: sed sanctissimũ gen⁹ amicorũ nõ nũerat̃ inter bona fortune: sed numerat̃ in virtute reliquum vero qđ cadit sub exteriori fortuna illđ assumit̃ vel causa potẽtie sicut est administratio officiorũ vel assumit̃ causa delectationis: sicut exercitium ludorum: sz bona corpis promptũ est

fluere. Sunt etiã q̃ horũ fines causasq; alterutro permutant vt q̃ diuitias ob potentiã seu pecunie causa seu proferẽdi nois petũt. ¶ In his igit̃ ceterisq; talibus humanorũ actuũ votorũq; versat̃ intẽtio: veluti nobilitas fauorq; popularis q̃ videt̃ quandã claritudinẽ cõparare. Vxor ac liberi q̃ iocũditatis gratia petũt̃ amicorum vero qđ sanctissimũ quidẽ genus est nõ in fortuna sed in virtute numeratur. reliquũ vero vel potẽtie causa vel delectationis assumit̃. Iã vero corporis bona promptum est vt ad superiora referantur. Robur enim τ magnitudo videnẽ prestare valentiam pulchritudo atq; velocitas celebritatẽ salubritas voluptatem. ¶ Quibus oibus solã beatitudinẽ desiderare liquet. Nã qđ q̃sq; pre ceteris petit id summũ esse indicat bonum. Sz summũ bonũ btitudinẽ esse diffiniuim⁹. Quare beatũ indicat esse statũ: quẽ p̃ ceteris q̃busq; desiderat. Habes igit̃ ante oc'os ppositã fere formã felicitatis humane opes honores: potentiã: gloriam: voluptates: quę qdem sola considerãs Epicurus: cõsequẽter sibi summũ bonum voluptatem esse cõstituit: q; cetera omnia iocũditatem aio

vt referant̃. i. reducant̃ etiã ad superiora bona: qz robur τ magnitudo q̃ sunt signa fortitudinis corporalis videnẽ etiã prestare valẽtiã. i. potẽtiã: τ sic ad potẽtiã reducitur. sic pulchritudo τ velocitas videnẽ prestare celebritatẽ. i. gloriam ad quã reducunt̃. salubritas aũt. i. sanitas videt̃ conferre voluptatem ad quã reducit̃: τ sic oĩa bona fortune reducunt̃ ad predicta. ¶ Nota indigẽtia alicui⁹ boni auget desideriũ illius boni: ideo sm variã indigentiã hoim variat̃ eorum desideriũ. Unde Arist. i. Ethicorum. dicit q; egrotãs sanitatẽ mẽdicus diuitias cõscij aut sibiipsis ignorãtie eos q̃ magnũ aliqđ habent supra se admirant̃. sm ergo dispositionẽ hoim felicitas hoim ponebat̃ in diuersis bonis fortune q̃ tñ sub predictis bonis q̃nq; comprehendunt̃. ¶ Nota amici: lz amici afferãt iocũditatẽ: tñ nõ sunt cõputandi inter bona fortune. cũ enim amicitia sit virtus ops q; amici virtute acq̃rant̃. qđ autẽ virtute acq̃ritur per virtutẽ conseruat̃: τ tale nõ põt esse bonũ fortuitũ. Itez amicitia fundata sup bono honesto est sctissima τ in virtute numerat̃: sed amicitia fundata sup bono vtili τ delectabili fortuita est. ¶ Quibus oibus solã beatitudinẽ. In ista parte probat phia q; oẽs predicti querebãt beatitudinẽ in his bonis: τ dicit. Oibus desiderãtib⁹ predicta bona liq̃t. i. manifestũ est ipos desiderare btitudinem. nam illud bonũ qđ quisq; petit. i. desiderat pre ceteris illud iudicat esse summũ bonũ: sed nos diffiniuim⁹ summũ bonũ esse beatitudinẽ q̃re statũ illũ quẽ quisq; desiderat pre ceteris iudicat esse statũ beatum id est btitudinẽ. τ sic recolligit bõa false felicitat̃ dicẽs. Habes igit̃ añ oculos tuos ppositã formã humane felicitat̃. s. opes honores: potentiã: gloriam: voluptates: sola considerans. Epicur⁹ constituit vo-

luptatem esse summū bonum: eo q̄ omnia cetera videant afferre. i. dare animo iocūditatē. ¶ No. q̄ omnes appetētes predicta bona appetebāt beatitudinē. Nam quicquid aliquis eligit pre aliis hoc videt sibi esse summū bonum: sed aliquis pre ceteris eligit diuitias.: ergo diuitie videbant sibi esse summū bonum: aliqui honores ꝛ sic de aliis: ergo oēs predicti appetebāt beatitudinem. ¶ Nota q̄ predicta bona videntur conferre aliquā iocūditatem cum oīa videntur esse ordinata ad iocunditatē tanq̄ ad finē. ꝛ quia in voluptatibus ē maxima iocūditas: ideo Epicurii posuerūt felicitatē consistere in voluptatibꝰ.

videātur afferre. ¶ Sed ad hominū studia reuertar quoꝝ animꝰ ꝛ si caligāte memoria: tū summū bonū repetit: sed velut ebrius domū q̄ tramite reuertatur ignorat. ¶ Num eni videntur errare hi q̄ nihilo indigere nitūtur? Atq̄ nō est aliud qđ eque pficere beatitudinē possit q̄ copiosus bonoꝝ oīm status: nec alieni egens: sed sibi ipsi sufficiēs. Num vo labūtur hi q̄ qđ sit optimū id etiā reuerētie cultu dignissimū putāt? Minime neq̄ eni vile quoddā cōtēnēdū est qđ adipisci oīm fere mortaliū laborat intētio. An in bonis nō est numerāda potētia? Qđ igitur. Num imbecillū ac sine viribus estimādū est qđ oībus rebꝰ cōstat esse prestātius? An claritudo nihili pendenda est? Sed sequestrare nequit quin oīe qđ excellētissimū sit id etiā videtur esse clarissimū. Nā nō esse anxiā tristēq̄ btitudinē nec dolorībꝰ molestiisq̄ subiectā qđ attinet dicere: qm̄ in minimis q̄ rebꝰ id appetitur qđ habere fruiq̄ delectat. Atq̄ hec sunt q̄ adipisci hoīes volunt eaq̄ de cā diuitias: dignitates: regna: gloriam: voluptatesq̄ desiderāt q̄ per hec sibi sufficientiā: reuerentiā: potētiam: celebritatē: leticiam:

¶ Sed ad hoīm. Hic ostēdit phia q̄ licet predicto modo errant hoīes: tamen eorum intētio semp fert ad verā beatitudinē. Scdo ostēdit vnde hoc pueniat: ibi. In quo quāta sit. Primo pmittit intentum suum. Scdo declarat: ibi. Num eni. Prio dicit. Sed ego reuertar ad studia. i. ad intētiones hoīm quorū animꝰ etsi pro cuius memoria caligante. i. obscurata supple desiderio presentiū bonorū: tū semp repetit p naturalē inclinationē summū bonum: sed ignorat quō illud repetat velut ebriꝰ qui ignorat quo tramite. i. qua via reuertatur domum. ¶ Nota sic ebriꝰ scit se habere domū sz pp̄ter defectū rōnis nescit quō ad eam redeat: sic homines aliquo modo in gnāli sciunt ꝛ cognoscūt summū bonū ꝛ naturaliter inclinātur ad illud tanq̄ ad principiū a q̄ pcesserunt sed inebriati amore temporalium bonorū nesciūt quō ad id perueniant. ¶ Num eni videntur errare Hic declarat intētum suū scilz q̄ oēs querētes pdicta bona querebantur aliq̄d quod pprie conuenit summo bono. Et pmo ostēdit hoc de diuitiis di. Num p nunq̄d hi videntur errare p intentionē a summo bono qui nitūtur nihilo indigere: rōne cuius querebant diuitias. q. d. nō errāt a sūmo bono: quia nihilo indigere maxime spectat ad summū bonū. Vn̄ di. Atqui p certe nō est aliud quod eque possit pficere beatitudinē q̄ status copiosus oīm bonoꝝ: nec alienis egens: sed sibi ipsi sufficiens. Tertio ostēdit idem de honoribꝰ dicēs. Num vo labitur sup. ab intētione summi boni: q̄ illud quod est optimū putant id etiā esse dignissimū cultu reuerētie. i. honoris ꝛ rñdet. Minime supple labūtur: neq̄ eni est vile ꝛ ptēnendū q̄ intētio oīm mortaliū laborat adipisci. ꝛ sic querētes honorem querebāt aliquid qđ est in summo bono eo q̄ summū bonum est honorabilissimū. Tūc ostendit idem de potētia dicens. An p nūquid in bonis. i. inter bona nō est numerāda potētia. q. d. sic. quid igitur est dicendū: nisi q̄ querētes potentiā etiā tendūt ad summū bonū: cum summū bonū sit potentissimū. Num eni istud est estimandū imbecillū, ꝛ sine viribus. i. sine potētia quod ꝯstat eē prestantius. i. potentius oībus rebus. Tunc ostēdit idem de gloria dicēs. An claritudo. i. gloria est nihili pdēdam ita vt q̄rētes gloriā non tendūt ad sūmū bonū. q. d. nō ē nihili pēdēda. sed neq̄t. i. nō pōt sequestrari. i. negari q̄n oīe qđ est excellentissimū: illud etiā videat eē pclarissimū. i. gloriosissimū. Tūc ondit idē de voluptate dicēs. Quid attinet dicere. q. d. de se manifestū est beatitudinē nō esse anxiam ꝛ tristem nec subiectā doloribus ꝛ molestiis: sed sup. magis est plena volūtate: et per ꝯñs q̄rētes voluptatē ꝛ leticiā tēdūt ad sūmū bonū. Qđ aūt iocūditas ꝛ voluptas sciud. it. i. sūmo bono probatur per locum a minori dicēs. Cū in minimis rebus scz appetētis patet q̄ aliquid appetitur quod delectat haberi ꝛ ipo frui. Hec igitur sunt que hoīes volūt adipisci ꝛ ea de causa desiderant id est cupiunt vel querūt diuitias: dignitates: regna: gloriā et voluptates; quia per hec credunt sibi

esse venturam:sufficientiā:reuerentiā:potentiam:celebritatē:ꝛ leticiā. Bonuz igitur est ꝙ homies appetit diuersis studijs.i.intēnonibus. ¶ Nota ꝙ ex tota ista lr̄a potest formari vna ratio. scilicet querētes predicta bona querūt beatitudinē. Ratio est ista. Illi tendūt ad beatitudinē qui tendunt ad sufficientiā:reuerentiā:potentiā:celebritatē:ꝛ leticias.sed appetētes predicta bona.s. diuitias dignitates:regna:gloriā:ꝛ voluptates tendūt ad sufficientiā:reuerentiā;ꝛ sic de alijs;ergo tendunt ad beatitudinē.

credunt esse venturā. Bonum est igitur quod tam diuersis studijs hoies petunt. ¶ In quo quāta sit nature vis facile mōstratur: cū lʒ sint varie dissidentesq̄ sentētie:tn̄ in diligēdo boni finem cōsentiunt.

Maior est nota: quia sufficiētia:reuerētia sunt cōditiones beatitudinis q̄ ꝯsecutiue reperiūtur in beatitudie que rentes:ergo ꝓprietates beatitudinis tēdūt ad beatitudinē. Minor patet ex lr̄a. ¶ Nota ꝙ q̄rentes diuitias ꝓpter sufficientiam ferebātur in summū boni naturali appetitu:q: in summo bono est vera sufficiētia:ꝛ in hoc nō errabāt. Silr querētes dignitates ꝓpter reuerētiam naturali intentione ferebātur in beatitudinē;eo ꝙ beatitudo est reuerēdissima:sed quia summā reuerentiam putabant sibi subuenire ꝑ dignitates tpales:ideo in hoc errabāt:ꝛ sic intelligit de alijs. ¶ In quo ꝗta sit. Hic ostēdit ꝓhia vnde hoc ꝓueniat:ꝙ quāuisq̄ intētio holm sit diuersa:tn̄ intēdit in beatitudinē.ꝛ ostendit ꝙ hoc ꝓuenit ex vi naturalis inclinatiōis qui nulli auferri potest:ꝛ dicit. In quo scilꝫ appetitu boni.vel beatitudinis facile mōstratur quāta sit vis nature:cū lʒ sint varie ꝛ dissidētes.i. discordātes sentētie holm de summo bono:tn̄ holes cōsentiūt.i.cōcordāt in diligendo.i. diligenter appetendo finē boni.i.beatitudinē. ¶ No.ꝙ fine exn̄te vno possunt diuersificari actiones tendētes in illum finē. Si em̄ ꝓpter diuersitatē actionū esset diuersitas finiū nō esset deuenire ad vnū finem sed pcederet in īfinitū in finibus.qḋ pꝫ falsum ex scḋo.Metha.ꝛ hoc verū de fine gratie cui9 omnia sunt ꝙ ille est vnus ꝛ nō de fine quo vt prius visum est.lʒ ergo sint diuerse sentētie ꝛ studia holm ꝫ tamen conueniūt in appetendo vnum finem scilicet beatitudinem.

¶ Ascensius.



Um desiro ꝛc. Id naturaliter fieri solet:vt volētes reminisci terram despiciant id est deorsum vidēdo inspiciant. volentes aūt noua inuenire celū aspiciāt. philosophia ꝗ volens vti rōnibus suis nō nouis:sed olim iam excogitatis:defixit oculos in augustam sedē sic legit interpres exponēs sic.i.nobilem:credens vt opinor augustum ab octauo augusto deductū:cū illius vocabuli longe antiquior sit vsus. Nam etiā his qui ante enee aduentū in italiā erant ꝟgilius ipm accōmodat. Dicit autē augustū ꝗcqd augurio est consecratū:ꝛ quia augurio cōsecrata solēt esse felicia:etiaꝫ quodāmodo ex consequēti felix dicit. Est autē mētis phie sedes augusta.i.prudenter ꝛ salubriter instituta. Sed tamen etiam angusta legere potes:q: locus angustus ꝛ secretus solet dici ad memorandū ꝛ ad inueniendū apt9 Unde Per. Scribim9 inclusi numeros ille:hic pede liber. Et Iuuen. Quid facis in parua sublimia carmina cella. ꝛ Hora.in de arte. Secreta petit loca balnea vitat. Est aūt angustū qḋ angit ꝛ ꝓmit Conātur adipisci.bene dicit conātur. Nam conari est cū difficultate ꝛ sepe sine effectu:hoc ē frustra anni. Sed vt dicit Iuue. Oībus in terris que sunt a gadibus vsq̄ ad aurorā ꝛ gāgem pauci dinoscere possunt. Uere bona:atq̄ illis multū diuersa remota. Erroris nebula. Adipisci cōponit ex ad ꝛ antiquo verbo adipiscor:cuius supinū est aptū.ꝛ participiū aptus ta.tum. Et compositum aliud indipiscor. Naturalr inserta cupiditas. Credo Boe.dixisse naturalit insita Si em̄ significatio magis quadrat. Insitum em̄ est qḋ est in medio alterius satum ꝛ illi conglutinatū. Insertū autē quod ꝑ mediū serit nec illi coheret. Deuius error:q: cōmentarius superior dicit hic esse figurez epitheton. Adduciturq̄ versiculū mēdosum:dicam peritoꝝ de hoc vocabulo sententiā. Epitheton dicit a nobis adiectiuum nomen impositum vel appositum substātiuo potissimum ꝓprie qualitatis ꝭm Dona. Dicitur autē ab epi quod hoc loco est in:ꝛ ethon positum corripit penultimā in carmine. Uñ q̄daꝫ nostri tēporis. Appositum ꝓprio mihi fertur epitheton esse. Qui vult etiam ꝓprio nomini appositum vocari:ꝛ hoc tribus modis. Ab animo:vt iustus imperator. Cōtemptor diuum mezētius. Pius eneas. A corpore:vt pulcher Iulius:formosus Appolo:ꝛ extrinsecus quorū multe sunt species. A loco:vt Ulixes ithacus. Ab actu:vt Eneia nutrix. Ab euentu:vt insula diues opum theneidos:et multis alijs modis. Et si verum est quod Donatus dicit. Epitheton nunq̄ sine ꝓprio nomie poni. Non erit hic epitheton deuius error. Uerum quia passim adiectiua cōsimiliter appellatiuis ꝛ proprijs apposita inuenim9:eaq̄ sine discrimine epitheta vocari. Addemus vnuꝫ. Epitheta tribus de causis apponi. Aut ꝓpter effectiuam virtutem enūciandam:ꝛ id fere a poetis:vt mors frigida:timor pallidus:amor secus:sitis arida:quia talia faciunt. Aut ꝓpter discrimen faciēdum:vt ida cretensis ad excludendā troianam.lana nigra ꝓpter alterius coloris lanam:luna pernox:febris quaterna:hylaris vultus ꝛc. Aut ꝓpter perpetuam rei naturam significandā:ꝛ id cum excellentia:qua seclusa viciosa ꝛ superflua videbitur appositio. Primi vt igni calidus. Alma ceres. Tristia bella:ꝛ celum profundum. Non quasi sit ignis qui non sit calidus:aut ceres que nō alat:aut bellum non triste:aut celum non ꝓfundū:sed quia talia excellēter appellari possunt. Exemplū secūdi. Si dicas hominē risibilem animal sensibile:aquam humidam ꝛc.ꝛ hic vltimus modus maxime vitandus

est: ⁊ magis licenter ⁊ figurate positus oratoriq; vitādus. Poetis aũt data est venia etiam licenter
vtendi: vt quādo ꝓpter futurum dātur: vt infelix dido: ꝓpter infelicitatem futuram nō presentē:
Sed vt ad institutū redeam si nullus est cēsendus error: ꝙ qui fiat cedendo de via: tūc verum erit
ꝙ omnis error: sit deuius. nec tamē supflue olno ponetur: quia peculiariter erit censendus deuius
Est autē error in morib⁹: ł doctrina: in opi. in factis: sed metaphorice ols quodāmodo a via seducit. Error; deuius.
Sed nō omnis error malus est: vt docet Aug. qui se errore ab hereticoꝝ insidijs liberatū dicit. Nec
ols dolus malus. vt medicoꝝ qui egrotantē dolo capiūt: sed non circūueniunt. Ideo ꝯuenienter a
iurisperitis dolus malus notatur. Ad significandū ergo errorem mallē additum est deuius. Nam
deuium in malū sonat: auiū priuationē pre se fert. Unde auius est homo qui sine via incedit: sicut Auius.
auis inde dicta. Deuius autē qui cōtra viam ingredit: sicut de docens nō qui nihil: sed qui ꝯtrariū Auia.
aut obliuisci docet. Legendū autē est abducit hoc est a vero bono ducit ad falsum. Ubi scies ꝑitos
dicendi ſm Seruium potius vti verbis de loco ꝙ ad locum significātibus etiam additis aduer- Uerba de
bijs aut nominbus ad locum: vt quo abis: quo ruis: quo me fugis. ¶ Adducti sunt romani ⁊c. Ha- loco
bes ante oculos propositam fere formam felicitatis. Non est legendum formam: sed fere. Et subin Fere
telligitur: vt Laurentius Uallen. docet que iam vniuersalitas: vt sit fere omnē. Respuit autē par-
ticularitatem. Non enī dices fere aliquam. Que quidem sola cōsiderans epicurus. ordo est: ꝗ sola
iam quinq; dicta. Epicurus cōsiderans: id est postꝙ considerauit ad voluptatem conducere: con- Epicurus
stituit voluptatem esse summū bonum. De qua re multa differit in vita eius Laertius ostendēs eū voluptas
sobriam vitam duxisse: et voluptatem non corporis potissimum: sed animi probasse. Quod etiam
patet ex verbis ipsius epicuri ad Herodotum. Quorum pauca hec sunt. Reputandum est concu-
piscentias partim esse naturales: partim inanes: atq; naturalium alias quidem necessarias: alias
vero tantum esse naturales. Necessarie vero que sunt partim ad felicitatem: partim ad corporis
tranquillitatem: partim ad vitam ipsam esse necessarias. Horum quippe sine errore speculatio est
vt nouerimus quid eligendum quid ve fugiendum sit ad bonam corporis tuendam valitudinem
corporisq; quietem. Hic enim finis bene beateq; viuendi. Huius enim gratia omnia aggerimus:
vt neq; doleamus: neq; perturbemur. Ubi vero id penitus consecuti erimus: soluitur omnis tem-
pestas animi: cum non possit animal tendere quasi minus ad aliquid: et aliud querere quo animi
corporisq; consumetur bonum. Tunc voluptate opus est: cum illam non adesse dolemus non eniā
voluptate indigemus. Quocirca voluptatem finem dicimus ac principium beate vite. Hanc enim
primum bonum atq; ingenitum nouimus: atq; ab hac electionem omnem ad deuiationem inchoa
mus atq; hanc occurrimus perturbationem tanꝙ norma bonum discernentes. Quoniam vero
primum istud et insitum bonum est: idcirco non omnem voluptatem eligimus: verum sepe ple-
rasq; transgredimur: quando ex his maior molestia sequitur doloresq; nonnullos voluptatibus
prestare arbitramur quando scilicet ex diutina toleratione dolorum maior nos voluptas sequitur
Omnis itaq; voluptas eo ꝙ naturam propriam habet. bonum est non tamen eligenda omnis. sicu
ti ⁊ dolor malum est. non tamē omnis repudiādus est dolor. Commensione itaq; ⁊ vtiliū ⁊ inutiliū
discretione diligendi hec omnia iudicare conuenit. Utimur enim bono per tempora ꝗdā vt malo
ita rursus malo tanꝙ bono. Frugalitatē preterea magnū estimamus bonum. nō vt semꝑ vtamur
modicis sed nisi multa habeam⁹ vtamur paucis. Hec ille inter multa alia. Diffiniuit aūt vt Arist.
gel. docet. Uoluptatē esse corpis constātē habitū. ꝙ vero mētis tranquillitatem precipuā volupta-
tem existimauit ꝯfiteẽ auctor noster dicēs iocūditatē aīo videant afferre. Hoc addā ꝓpẽ imperitos
qñ de auctore ipo et inuētore hui⁹ secte loquiẽ dicem⁹. Epicur⁹ idem sentit. Quādo vero de imita-
toribus eius. sic Epicurij ita sentiūt. Cetera huius prose vt satis nota aut declarata pertranseo. Sanctus Thomas.

¶ Metrum secundū libri tertij.



Uantas rerum flectat habenas
Natura potens: quibus immensum
Legibus orbem prouida seruet
Stringatq; ligans irresoluto
Singula nexu placet arguto
Fidibus lentis promere cantu



Uātas rerū flectat habenas. Hic incipit scdm metrū huius tertij: qd dicit pindaricū ab inuētore: anapesticū a pede ꝑdominante: ⁊ ē dimetrū qd cōstat ex ꝗttuor pedib⁹ quorum duo constituūt vt vnū metrū. In quo metro phia: q: supra dixerat ꝙ vis nature opaẽ ꝙ intentio homini semꝑ tendit in bonū: idō hic cōmēdat vim nature ostendēs ꝙ tāta est vis nature ꝙ quātūcūq; res adducaẽ assuefactione vl' violentia ad aliquid qd inest sibi preter naturā tamē sib ipsi derelicta semꝑ redit ad illud qd inest sibi ſm naturā: et premittit suam intētionē: secūdo manifestat ꝓpositū ibi. Quāuis primo dicit mihi philosophie placet promouere. i. manifestare cantu arguto. i. sonoro: lentis fidibus. i. chordis lente sonantibus quātas habenas: id est naturales inclinatiōes potens natura flectat. i. regat quib⁹ legib⁹ prouida natura seruet. i. conseruet immēsum orbē et quib⁹ legib⁹ natura stringat ligans singula irresoluto nexu. i. coniunctiōe in

dissolubili. ¶ Nota q triplex est natura. Natura naturãs sicut est deus a quo dependet celũ ꝛ tota natura. Alia natura naturans et naturata simul sicut celũ qd dicitur natura naturata quod depen-det a deo et dicit natura naturans inquantum influit naturis istorũ inferiorũ. Alia est natura natura-

Natura. ta tñ: quã btũs Aug. sic diffinit. Natura est quedã vis ꝛ ꝓtentia diuinit⁹ insita reb⁹ creatis q̃ vni-cuiqꝫ rei suũ esse tribuit: que cũ quisqꝫ male vtitur malus esse iudicat. in proposito dictum p hic po-

Quamuis peni pulchra leones
Uincula gestent: manibusqꝫ datas
Captent escas metuantqꝫ trucem
Soliti verbera ferre magistrum
Si cruor horrida tinxerit ora
Resides olim redeunt animi
Fremituqꝫ graui meminere sui
Laxant nodis colla solutis
Primusqꝫ lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
¶ Que canit altis garrula ramis
Ales: cauee clauditur antro
Huic licet illita pocula melle
Largitasqꝫ dapes dulci studio.
Ludens hominum cura ministret:
Si tamen alto saliens tecto
Nemorum gratas viderit vmbras
Sparsas pedibus proterit escas
Siluasqꝫ tantum mesta requirit.
Siluas dulci voce susurrat.
¶ Ualidis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen

test intelligi de natura. tertio mo-do dicta: lꝫ quidã exponãt p natu-ra primo mõ sumpta. Jtes leges nature hic vocat determinatiões vel ꝓprietates naturales cuiusli-bet rei a dõ sibi ꝯstitutas. ¶ Quã-uis peni pulchra. Hic pbia mani-festat ꝓpositũ p q̃tuor exẽpla. se-cũdo generaliter concludit sic̃ esse in omnibus aliis: ibi. Repetunt. Prima in q̃ttuor partes ꝫm q̃ttu-or exẽpla que patebũt. Primum est de quadrupedib⁹ sicut de leo-nib⁹: qui lꝫ ex quadã assuefactõe domant: ita vt mitescãt metuen-do suũ magistrũ: tñ si mulcũ offẽ-dant redit eorũ crudelitas natu-ralis: ita vt pmo lacerãt dẽtibus magistrũ suũ. Unde dr in littera. Quãuis leones peni. i. libici: ge-stent. i. portẽt pulchra vincl̃a. i. cathenas in collo ꝛ captent. i. re-cipiant escas datas. i. porrectas eis manib⁹ sui magistri. et quauis metuãt trucẽ. i. crudelẽ magistrũ leones inq̃ soliti ferre. id est pati verbera magistri: sed si cruor tin-xerit. i. madida uerit horrida ora id est colla leonũ p nimia hbera ꝛ tũc animi leonũ resides. i. quieti redeũt ad naturalẽ crudelitatẽ ꝛ leones meminere sui. i. sue na-ture graui fremitu. i. magno ru-gitu: ipsi laxant. i. solunt colla so-lutis nodis. i. ruptis vinculis: et pm⁹ su⁹ domitor. s. magr̃: ille im-buit. i. recipit lacer. i. laceratꝰ ra-bidas iras cruẽto dẽte. s. leonis. ¶ Nota ꝫm Jsidoꝝ scdo ethymo. Peni sunt homies carthaginen-ses. Est aũt carthago ciuitas li-bie ꝓpter quod leones libie vo-cantur leones peni: et huiusmõi leones libie facilius domantur. ¶ Nota quãtũcũqꝫ leones domã-tur ꝛ assuefactione ducant a sua crudelitate si tamen afficiãtur cruore vel sanguine redeunt ad naturalem crudelitatem. ¶ Que ca-nit. Hic ponit scdm exemplum quod est de volatilibus: ꝛ est tale Auicula capta que preter naturã domesticatur q̃tumcũqꝫ foueatur deliciis hominum tamen habita oportuni[illegible] redit ad siluestrei-tatem. Unde dicit in littera. Ales garrula que canit altis ramis: si illa capta clauditur in antro ca-uee. i. domũcula sup. vt ibi maneat ad solatiuꝫ hoĩm: licet ludens cura hoĩm. ministret huic aui po-cula illita id est linita melle: q pro ꝛ largas dapes ministret dulci studio: si tamen illa auis saliens ex alto tecto id est ex arta domũcula viderit gratas vmbras nemoꝛuꝫ ipa proterit pedib⁹ suis escas sparsas: ꝛ ipsa mesta: qꝛ ipsa fuit detenta requirit siluas ꝛ dulci voce susurrat id est cantat in siluis ¶ Nota natura non assuescit in contrarium si enim lapis centies milies proiciatur sursum: non assuescit ascendere sursum: licet enim aliqua consuetudine vel violentia natura possit ad tempus impediri: tamẽ semper inclinatur ad proprium opus. ¶ Ualidis quondam viribus acta. Hic ponit tertium exemplũ de vegetabilibus sicut de virga crescẽte: quod tale est. Licet virgula erecta per violentiam incuruetur tamen relicta proprie nature ipsa sursum erigitur. Unde dicit in littera. Uir

ga quondam acta.i.coacta validis viribus sup.hominis incuruantis eam. ipsa flectit pronum ca cumen: sed si dextra curuans remiserit hanc ipsa spectat.i.respicit celum vertice: quasi diceret depo sita violentia incuruantis virga redit ad naturalem rectitudinem. ¶ Nota q̄ licet natura reruʒ in animatarum non facile assuescat in contrarium tamen in hominibus rationabilibus multuʒ facit assuescendo vel consuescendo: quia licet aliquis sit male complexionatus: tamen per vsum et consuetudineʒ habilitatur. ⁊ complexio mutatur. Unde Seneca Consuetudo est altera natura.

Hanc si curuans dextra remisit
Recto spectat vertice celum
¶ Cadit hesperias phebus in vndas
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus
¶ Repetunt proprios queq̄ recursus
Redituq̄ suo singula gaudent
Nec manet vlli traditus ordo
Nisi q̄ fini iunxerit ortum
Stabilemq̄ sui fecerit orbem.

¶ Cadit hesperias phebus in vndas. Hic ph̄ia probat intentuʒ suū ponendo quartum exemplū in corporibus celestib⁹ et est tale. Sol motus ab oriente in occidentem cadit in mare spericum: sed naturali inclinatione redit ad orientē sub nostro hemisperio. Unde dicit in littera. Phebus id est sol cadit in vndas hesperias.i.occidentales: sed secreto tramite.i.secreta via.s.sub terris rursus.i. iterū vertit cursum suū ad solitos ort⁹.i.ptes orientales. ¶ Nota q̄ Boe. hic loquit̄ more poetarū qui dicebant solē tēpore vespertino descēdere in mare occidentale vt ibi lauaret̄ a sordibus et puluere quo maculatus fuit existēs in nostro hemisperio sed hoc nō est verū: q2 sic apparet ruditati hoīm. Repetūt ꝓprios queq̄ recursus. Hic ph̄ia cōcludit idem esse in oībus aliis entibus: videlʒ q̄ oīa entia quocūq̄ mō p̱ violentiā seu assuefactionem a sua abducant̄ natura: tñ sibi derelicta semp̱ redeunt ad id qđ inest eis p̱ naturā; vñ dicit in lr̄a. Queq̄.i.q̄libet entia repetūt ꝓprios recursus.i.naturales mot⁹ ⁊ singl'a.i.oīa entia gaudēt suo reditu sup.redeūdo ad illud sup.qđ ꝯuenit eis ſm naturā. Nec vlli manet.i.adest traditus ordo nisi suo fini iunxerit ortū.i.pricipiū ⁊ fecerit stabilē orbē.i.circulationē sui ꝯiūgēdo finē principio. ¶ Nota q̄ orbis in ꝓposito est circulus vel linea circūducta rediēs ad idem pūctum a quo incepit equaliter distans a medio: facit aūt hō stabilē sui orbē ꝓcedēs a deo tanq̄ a suo principio trāsit per tpalia in q̄bus nō sistit̄ sʒ redit ad deū tanq̄ ad suū finē p̱ ꝯtemplationē mētis. Ascensius.

Quantas rerum. Carmē hoc pindaricū dici volūt. Est autē vni⁹ gñis ⁊ dimetrū.i.quattuor peduʒ duas mēsuras faciētiū: sed tāta est iter pedes differētia ⁊ mutatio: vt sine lege cōpositū putes. Est eñ primus pes nūc sponde⁹. Ut quātas rerū ⁊c. Nūc dactylus. Ut legibus vrbē. nūc anapestus: vt fidib⁹ lētis. Scđs sīlr nūc sponde⁹ vt quātas rerum. nūc anapest⁹: vt natura potēs. nūc dactylus: vt solin⁊ vbera. Similiter tertius nūc anapest⁹: nūc dactylus: nūc spōde⁹ nisi trāpositū putes: vt Largasq̄ dapes dulci studio p̱ studio dulci qđ pott⁹ credo. Itē quart⁹ pes sepe sponde⁹ aut trocheus est. sed ⁊ trib:achū ⁊ anapestū ibi inuenies. Ostēdit̄ aūt hoc carmine quomō natura dñat̄ arti ⁊ opinioni p̄ter naturam adhibitis. Fidibus lētis. hoc ad modestiā spectat. Laurēti⁹ vult cōtra priscianū vt chorda plectri dicat̄ hec fides nō hec fidis. scribit̄ autē chorda cū aspirato. ¶ Quāuis peni.pen⁹ na. nñ. deberet scribi per oe diptōgon que interdū mutat̄ in u: vt punic⁹ ca. cū. qđ p̱ eodē accipit̄: sicut a pena fit punio. dicuntur antē leones peni vel potius punici eo mō quo res solēt denoīari a loco in quo p̄stantiores sunt. Nam vt Plini⁹ docet lib. viij. c. xvi. naturalis historie in aphrica generosiores nascūtur leones iubati nisi a pardo gñati degenerēt: vbi natura ⁊ generositate leonum plurima dicit Aristotelem secutus. Docetq̄ Hannonem eos primum domuisse: qui fuit vir⁹ inter penos clarissimus. Uerbera potius sunt flagella ⁊ instrumenta verberandi q̄ ipse verberationes. Si cruor horrida tinxerit ora. Nō intelligo de cruore ipsoꝝ quē Plini⁹ attum vbicūq̄ vulnerati sint effluere docet. sʒ de cruore prede qu[illegible]ſtato rapiunt furore: ⁊ in domitorē suū primū si ꝓrim⁹ est irruūt. Statuis achileide. Achilem in[illegible]sum bellico furore visis armis sanguine cōspersis leoni cōparat. verba ei⁹ sunt. At ferus eacidēs radientem vt comminus orbem. Celatum pugnis seuis ⁊ forte rubentem. Bellorum maculis acliuē conspicit hastam. Infremuit. torsitq̄ genas ⁊ frōte relicta. Surrexere come nusq̄ mādata parētis. Nusq̄ occultus amor: totoq̄ in pectore troia est. Ut leo materno cū rapt⁹ ab vbere mores. Accepit: pectiq̄ iubas: hominēq̄ vereri. Edidicit nullasq̄ ruit: nisi iussus in iras. Si semel aduerso radiauit lumine ferrum. It iurata fides: domitorq̄ inimicus in illum. Prima fames timidoq̄ pudet seruire magistro. hec ibi. Euenit autem tpe Domitiani q̄ leo domitorē suum in spectaculo dilaniauit. Nō ergo dicas ora id est colla: sed reuera ora manducando sanguinolentas carnes: aut bibēdo sanguinē nature leonū sepe salubrē. Primusq̄ lacer ⁊c. Ordo ē. Et domitor lacer.i. laceratus dēte leonis cruentoꝝ q̄ cruorē gustauit inbuit.i.inchoat in se rabidas iras leonis. Est

Fides
Penus
Punicus.
Pena
Punio
Leo
Uerbera.

autem imbuere rei primā tincturā dare: ⁊ ideo trāsfert vt sit quasi incohoare: sꝫ fere adbibita tinctu ra quadā vel sanguis vel alteri⁹ liquoris. Nisi forte ad aīm trāsferat: quo pacto artib⁹ ⁊ sciētijs im-
Imbuo
butum dicim⁹ qui eas ībibit: cū velut tabulā rasam in qua nihil scriptum esset adhuc aīm haberet. Pronum acumē. i. summitatē in terram inclinatam. Cadit hesperias. i. occidētales ab hespero stel la vespertina que illic appareret. Loquitur autem fm opinionem vulgi sicut virg. in primo eneid. Quid tantum oceano properent se tingere soles hiberni ⁊c. ¶ Prosa tertia tertij libri.

¶ Prosa tertia libri tertij.



Os quoqꝫ o terrēa aīalia tenui lꝫ imagi ne: vestrū tū principiū somniatis. Verū qꝫ illū beatitudinis finē lꝫ minime pspi caci: qualicūqꝫ tū cognitione pspicitis coqꝫ vos ⁊ ad verꝫ bonū naturalis ducit intētio: ⁊ ab eo dē mltiplex error adducit. cōsidera nāqꝫ an p ea qb⁹ se hoies adepturos btitudinē putāt ad destinatū finē va leāt pueníre. Si em̄ vel pecunia vel honores ceteraqꝫ tale quid afferāt: cui nihil bonorū abesse videat qꝫ fa teamur fieri aliquos hoꝝ adeptiōe felices. Qd̄ si neqꝫ id valent efficere quod pmittūt bonisqꝫ plurib⁹ carēt. nōne liquido falsa in eis beatitudinis species dephen ditur. ¶ Primū igit teipm: q̄ pauloāte diuitijs afflue bas interrogo inter illas abūdātissimas opes nūq̄ ne animū tuū cōcepta ex qualibet iniuria cōfudit āxietas. Boe. Atqui inquā tam libero me fuisse animo: quin aliquid semper augeret reminisci queo. Phi. Nōne qꝛ aberat qd̄ abesse non velles. vel aderat quod adesse noluisses. Boe. Ita est inq̄. Ph. Illius igitur presen tiam huius absentiam desiderabas. Boe. Confiteor

Sanctus thomas.

Os qꝫ o terrēa aīa lia. Ista est tertia p sa hui⁹ tertij in qua et in alijs sequētib⁹ ōndit qꝫ vera felici tas nō cōsistit in ill que q̄dā putauerūt esse sūma bo na: sꝫ tm̄ est felicitas in ipis. et pri mo phia ea q̄ dicta sunt in metro adaptat spāliter ad hoies: ⁊ cum hoc pponit intentum suū. Scd̄o pbat suū intentū ibi. Primū igit. Dicit primo dictum est qꝫ omnia repetūt suū finē. vos quoqꝫ o ter rena aīalia. i. vos hoies qui estis dediti terrenis somniatis. i. impfecte cognoscitis vestrum princi piū lꝫ tenui imagine. i. tenui simili tudine: ⁊ prospicitis illū verū fi nē beatitudinis. lꝫ cognitione mi nime perspicaci: tm̄ qualicūqꝫ co gnitione coqꝫ. i. ideo naturalis in tentio ducit vos ad verum bonū ⁊ multiplex error ab eodem. vos abducit. Et tunc pponit intentū suū dī. Considera nāqꝫ o Boe. an hoies valeāt puenire ad destina tū finē. i. ad beatitudinē per ea q̄ bus putāt se adepturos beatitu dinē: si em̄ pecunia vel honores ⁊c. afferunt quid. i. aliq̄d tale cui nihil bonorū videat abesse: nos fateamur aliquos fieri felices ad eptione horum bonorꝫ: sed si non valeāt efficere. i. facere qd̄ pmitte tūt ⁊ carēt plurib⁹ bonis. nōne liq̄ do. i. manifeste falsa spēs beatitu dinis in eis dephendit. q. d. sic. ¶ Nota principium omniū rerum quod est deus est vera beatitudo vt postea patebit. Tale principiū quasi somniādo cognoscitur ⁊ dif ficulter ad ipm deuenit: nō em̄ p fecte in pñti statu ipꝫ cognoscim⁹ qꝛ intellect⁹ nr̄ hꝫ se ad ipꝫ sicut ocl's noctue ad lumē solis ex scd̄o metha. Etiā ad talē btitudinē cū difficultate puenit. vn̄ Alan⁹ i anticlaudiano de plāctu nature ⁊ scia dicit. Difficilisqꝫ access⁹ ad hāc facilisqꝫ recessus. Accessus paucis casus pꝫ oib⁹: in quā Vir aliqs trāsire valet: valet ois ab illa De clinare via: q̄ paucis quia mltis. Claudit arta nimis itrāti larga ruine. ¶ Primū igit teipꝫ. hic phia pbat intentū suū: qꝫ ista bona nō efficiūt qd̄ pmittūt ⁊ p ɔñs i eis est falsa btitudo: ⁊ prio ōndit hoc de diuitijs post idē de alijs bonis. Prio ergo pbat qꝫ diuitie nō ɔferūt sufficiētiā quā vident pmitte re: ⁊ ppt q̄ appetunt. Scd̄o pbat qꝫ diuitie ɔferūt indigētiā. Tertio pbat qꝫ idigētiā nō auferūt scd̄a ibi. Atq̄ inq̄ tā libero. tertia ibi. Quis aūt mod⁹. Prio intēdit talē rōeꝫ. in illis nō ɔsistit vera felicitas q̄ nō reddūt hoies sibi sufficiētē: sꝫ diuitie sunt hmōi: ergo ⁊c. Maior ē nota qꝛ felicitas ē bonū suffi cientissimū nulli⁹ egēs. Minorē declarat in lr̄a. Et pcedit phia more dyalogico. i. interrogādo et rn̄dēdo. ⁊ dicit sic. Primū igit teipꝫ Boe. Iterrogo: q̄ pauloāt diuitijs affluebas. i. abūdabas: nūq̄ ne anxietas. i. tristicia ɔcepta ex q̄libet iiuria ɔfudit animū tuū inter opes abūdātissimas: ⁊ rn̄dit Boe. Atq̄ p certe ego neq̄o reminisci me fuisse tā libero aīo quin semp augeret. i. offēderet aliq̄d dī. phia. Nōne tibi aliquid aberat quod abesse non velles: vel tibi aliq̄d aderat qd̄ adesse noluisses.

Rñdet Boe. Ita est inq̃. Tunc pħia concludit di. Ideo illius qd̃ aberat p̃sentiã desiderabas hui⁹ au tem qd̃ aderat desiderabas absentiã. Dicit Boe. Cõfiteor inq̃. Et pħia inquit. Eget vero .i. caret eo qd̃ quisq̃ desiderat di. Boe. eget et pħia. Qui vero eget aliquo nõ est vsquequaq̃ sibi sufficiens di. Boe. minime sup. est sufficiẽs. Et pħia tu itaq̃ hãc insufficientiã sustinebas plen⁹ opibus. Respõdet Boe. inquã .i. dico. quid ni .i. cur nõ sustinere sufficientiã etiã plenus opibus. Concludit ergo pħia

inq̃. P. Eget vero inq̃t eo qd̃ quisq̃ desiderat. Boe. Eget inq̃. Phi. Qui vero eget aliquo nõ ẽ vsquequaq̃ sibi ip̃e sufficiẽs. Boe. Minime inq̃. P. Tu itaq̃ hãc insufficientiã plen⁹ inq̃t opib⁹ sustinebas. Boe. Quid ni inq̃. Phi. Opes igit̃ nihilo indigentẽ sufficientẽq̃ sibi facere nequeũt: ⁊ hoc erat qd̃ pmittere videbãtur. ¶ Atq̃ hoc quoq̃ maxie cõsiderandũ puto: q̃ nihil habeat suapte natura pecunia: vt his quibus possidetur inuitis neq̃at auferri. Boe. Fateor inq̃. P. Quid ni inq̃t fatearc cũ eã quotidie valẽtior aliq̃s eripiat inuito. Vñ enĩ forẽses q̃rimonie nisi q̃ vel vi vel fraude a nolẽtib⁹ pecunie repertũtur erepte. Boe. Ita est inq̃. Phi. Egebit igit̃ inq̃t extrinsec⁹ petito p̃sidio quo suã pecuniã q̃sq̃ tueatur. Boe. Quis inq̃ neget. P. Atq̃ nõ egeret eo nisi possideret pecuniã quã possit amittere. Boe. Dubitari inq̃ neq̃t. P. In cõtrariũ igitur elapsa res ẽ. Nã q̃ sufficiẽtes sibi facere putabant̃ opes. alieno potius p̃sidio faciũt indigẽtes. ¶ Quis aũt modus est quo pellat̃ diuitiis indigentia. Num enĩ diuites esurire nequeũt: Num sitire nõ possunt: Num frigus hybernũ pecuniosoꝝ mẽbra nõ sentiunt: Sꝫ adest inq̃es opulẽtis quo famẽ sentiũt. quo sitim frigusq̃ repellãt.

ex concessis dicens. Igit̃ opes nequeũt facere nihilo indigentẽ ⁊ sibi sufficientẽ: ⁊ hoc erat qd̃ pmittere videbãtur. ¶ Nota q̃ omnis appetit⁹ est ratione carentie. Vnde illud qd̃ quis hꝫ pprie nõ desiderat: sed magis amat. Vñ Aug. ix. lib. de ciuita. dei. Itẽ appetit⁹ quo quis inhiat rei cognoscende fit amor rei cognite: ideo di. pħia. Eget vero quo quisq̃ desiderat. ¶ Nota pħia di. Qui eget non est sibi sufficiens. Cõtra hoc diceret aliq̃s sapiens eget: q2 indiget bonis exterioribus sine quib⁹ viuere non põt: et tñ sapiẽs est sibi sufficiens per Se ix. ep̃la qui dicit. Sapiens seipso cõtentus est. Ad hoc dicendũ q̃ sapiẽs indiget quibusdã ad viuendũ: sꝫ ad beate viuendũ nõ: sꝫ seipso cõtent⁹ est: ad viuendũ enĩ multis reb⁹ illi op⁹ est; sed ad bene viuendũ tantũ cõtentus est aĩo sano erecto ⁊ despiciente fortunaꝫ. ¶ Atq̃ hoc quoq̃ maxime. Hic pbat pħia q̃ diuitie conferunt indigentiã et per cõsequẽs nõ cõsistit in eis felicitas: cũ felicitas sit bonũ sine omni indigentia pbat aũt in littera q̃ pecunia confert indigentiã per hoc q2 pecunia facit vt hõ indigeat alieno p̃sidio quo pecuniã suam tueatur: ne per violentiã auferat̃. vnde subdit in littera. Atqui pro certe ego puto hoc maxime cõsiderãdum q̃ pecunia nihil habeat suapte natura .i. in sua natura vt nequeat auferri his inuitis .i. nolẽtibus a quib⁹ possidet̃. dicat Boe. Fateor inq̃. Et pħia q̃d ni fatearc. q. d. oportet vt fatearis: cum quotidie aliq̃s valẽtior .i. fortior eripiat eam inuito .i. nolenti. Vñ enim querimonie forẽses .i. iudiciales: nisi q̃ pecunie erepte vi vel

fraude reperiũtur in iudicio. Respondet Boe. ita est inq̃ et philosophia. Egebit igitur quis p̃ presidio .i. est auxilio extrinsec⁹ petito: quo tueatur suam pecuniam quam posset amittere: respondet Boetius. Dubitari nequit. Tunc philosophia concludit ex dictis dicens. Igitur res est elapsa: id est mutata in contrariũ. nam opes q̃ putabãtur sibi facere sufficientes: faciunt potius indigentes alieno presidio. ¶ Nota q̃ illud quod per violentiam acquiritur potest per violentiã auferri: sed pecunia per violentiã acquiritur: quia dicit Aristoteles primo ethicorũ. q̃ omnis pecuniosus est violentus: ergo violenter aufertur pecunia propter quam violentiam fiunt querimonie forenses. ¶ Vbi sciendum q̃ forum est locus rerum venalium: sed forus est locus exercendarum litium coram iudice. inde forensis idem est qd̃ iudicialis. ¶ Quis autem modus est. Hic philosophia probat q̃ diuitie non auferunt indigentiam: ⁊ sic per cõsequens nõ consistit in eis felicitas et dicit. quis est modus quo indigentia pellatur diuitijs. Nunquid diuites nequeunt esurire. q. d. sic. nũquid non possunt sitire. q. d. immo. Nunquid membra pecuniosorum non sentiũt frigus hybernum .i. hyemale q. d. sic. Sed tu inquies .i. dices opulentis; id est diuitibus .i. aliquid quo famem sentient et frigus

repellant. Respondet philosophia hoc modo indigentia potest consolari diuitijs: sed penit⁹ auferri non potest. Nā si hec. s. indigentia semp hyans. i. desiderans et poscens aliquid expletur opib⁹ necesse est tamen vt maneat indigentia que posset expleri: qz quātislicūq; sitis diuitijs vel fames mitigetur. adhuc diues post sitiet et esuriet: et qđ nature nimiū est auaricie nihil satis est: q̄re si opes nō possunt submouere: id est. repellere indigentiā: sed faciunt indigentiā. quid est: id est quomodo esse potest ꝙ credatis eas p̄stare id est dare sufficientiā. q. d. nullo modo debet credi. ¶ Nota ꝙ oīs indigentia vel est indigentia nature vel auaricie. Indigentia nature paucissimis suppleri pōt: eo ꝙ natura paucis minimisq; cōtēta est. Unde ppter naturam non oportet multū querere diuitias: nec per diuitias ingentia nature amoueri pōt sicut nec ipsa natura mutari pōt. Indigentia vero auaricie que ē nullo modo expleri potest et ita diuitie eam amouere non possunt: ideo plus augent qz dicitur auarus nō implebitur

Sed hoc modo consolari quidē diuitijs indigētia potest: sed auferri penit⁹ nō potest. Nā si hec hyans semper atq; aliquid poscens opibus expletur: maneat necesse ē que possit expleri. Taceo ꝙ nature minimū auaricie nihil satis est. Quare si opes nec submouere indigentiam possunt et ipse suam faciunt: quid est ꝙ eas sufficientiam prestare credatis.

pecunia. ¶ No. ꝙ diuitie non solum non inducunt sapientiam cum dicat Sene. Quid prosunt stulto multe diuitie dum per eas non possit fieri sapiens.

¶ Ascensius.

Os quoq; ꝛc. Pauca hic lucis egent. Uocat autē terrena animalia eo ꝙ rebus terrenis adhereant in illis finem constituētes. Efficere est plusq̄ facere. facere enim sepe contingit sine effectu: id est cōpletione operis quod fieri cepit. Eget vero. Ordo est. vero pro sed. quisquis eget: id est opus habet et indiget eo quod desiderat. Non aliter expones eget: id est caret quia multis caremus quibus nō egemus: vt vir plebeius

Egeo. caret censu equestri: et tamen non eget. Egemus enim quibus nobis opus est: et que

Careo. quodāmodo necesse est nos habere ad cōditionē vite nostre saluandā. Caremus omnibus que nō

Uaco. habemus: habere tamen velimus proprie. Nam vacamus malis vt pena et culpa. Desideramus

Desiderio autem quod abest et adesse velimus. vel quod non reperimus vbi sperabamus: cum iam desierit esse: vt mille viros in prelio desideratos: intelligimus interēptos et ob id cum quererentur a suis

Forū. non inuentos. Forum a phoro greco verbo quod significat fero et porto deductum volunt significatq; locus in quo tam res venales q̄ lites feruntur. Et pro vtroq; apud latinos neutri est generis

Forus. vnde dictum est forum iudiciale non iudicialis forus. Recentiores tamen: id est canoniste ad differentiam pro foro iudiciali masculine proferunt forus vt patet cap. forus. Legitur autem apud latinos fori forus pro tabulatis nauiū in quibus sedent remiges vt quarto Eneidos. Implessemq; foros. Consolari quidem diuitijs indigentia potest: auferri penitus non potest. Male legunt qui dicunt: sed auferri penitus non potest. Quia vt docet Ualla quotiens he coniunctiones: sed autē vero ponūtur: verbum non est repetendum: quod legitime reperitur illis ablatis vt indigentia pecunijs leuari quidem potest. auferri autem non: vel sic leuari potest: auferri non potest. Non tamen castigassem nisi sic quoq; scriptum reperissem. Non enim semper que Laurentius precepit etiam periti obseruant. Male etiam quidam legunt Taceoq; nature nimium. Legendum enim est minimum. Et est ordo. taceo ꝙ minimū est satis nature et nihil est satis auaricie qua propter satiari nō potest. dicit enim Sene. Tam deest auaro quod habet q̄ quod non habet: quia nescit eo quod habet frui. Et Iuuenalis. Crescit amor nummi quantū ipsa pecunia crescit.

Fori.

Sed autē ꝛc.

Thomas. Sanctus

mortem: sed cognosco eā nimiū cōuenire his quo cōcessa sunt pri⁹ di. phia. Recte inquit estimas. s. ꝙ ꝓdicte illationi difficile creditur: sed quid durū. i. difficile putat accedere cōclusioni in ip̄aꝫ cōcedēdo. equū est vt ip̄e demonstret aliquid falsum ꝓcessisse in premissis. vel ostēdat collationē ꝓpositionuꝫ necessarie conclusionis nō esse efficacē: alioqn̄ cōcessis ꝓcedentibus nihil est ꝙ causet. i. conqueratur de illatione vñ necessariū est eñ cōcedere quantūcunqꝫ videatur durū. ¶ No. ꝙ si nō consentitur conclusioni hoc est vel ꝓpter peccatum in materia vt si aliqua premissarum sit falsa ꝓpter peccatum in forma vt si non sit debita cōnexio propositionuꝫ respectu conclusionis incidēre aliqua falsa. Si autem nihil istorum accidit necessario sequitur cōclusio ex ꝓmissis. ¶ Nam hoc quoqꝫ. Hic phia probat malos esse miseriores si non puniantur quasi si puniātur. scd̄o soluit quoddam dubium. tertio ponit quēdam epilogum predictorum. scd̄a ibi. Sed queso. tertia ibi. Id vero hacten⁹ Primo premittit cōclusionē quā probare intēdit excludendo quosdaꝫ modos probationis quibus conclusio probari posset. scd̄o ponit alium modum ꝓbationis ab istis ibi. Et illa. Primo dicit. Hoc quoqꝫ qd̄ dicaꝫ nō minus videat mirū sed eque necessariū videat cōcludit ex his que sumpta sunt et querit Boe. Quidnaꝫ hoc dicit phia ego dico improbos esse feliciores luentes supplicia q̄ si nulla pena iusticie eos coerceat id ē puniat sed ego non molior. i. non intendo nūc. ꝙ cuiuis. i. alicui veniat in mentem prauos mores. i. hoīes praue morigeratos corrigi vltione. i. pena ꝛ terrore supplicij ip̄os deduci ad rectum ꝛ non intēdo ceteris hominibus penā malorū esse exemplū fugiēdi culpanda. i. mala: sed preter istas duas causas ē alia a predictis qua arbitror ip̄robos esse feliciores punitos. tāetsi pro q̄uis nulla ratio correctionis et nullus respectus exēpli habeat: et querit Boe. q̄s erit preter hos ali⁹ modus. ¶ Notandum ꝙ due sunt cause ꝓpter quas videt meli⁹ malos esse punitos q̄ impunitos vna est quia ꝑ penas mali corrigunt et resipiscunt malo. scd̄a causa est q: alij timore pene maloruꝫ declinant a malo: ꝛ sic pena malorum est exemplum alijs fugiendi malum licet iste due cause sint vere: tamen philosophia de eis non intendit: sed vult assignare aliam causam preter istas. ¶ Et illa. Hic philosophia ponit alium modum preter predictos probando malos impunitos esse miseriores q̄ punitos. Secundo declarat quoddam assumptum in ꝓbatione ibi. Sed puniri. Primo resumit quod supra ꝓbatum est tertia ꝓsa di. Nōne cōcessimus bonos esse felices: malos vero miseros: di. Boe. Ita est inq̄ ꝛ phia. Si miserie alicuius addatur aliquod bonū: nonne ip̄e est felicior eo cuius miseria est pura ac ꝑ ꝛ solitaria sine admixtione alicuius boni di. Boe. Sic inq̄ videtur. Ulterius querit phia. Sic eidem misero q̄ cunctis careat bonis aliud malū fuerit annexū nōne cēsendus est multo infelicior eo: cuius infortunium. i. malum reuelat. i. temperat ꝑticipatione boni di. Boe. Quid ni inq̄. i. quare non. Igitur di. phia cū mali puniunt habent aliq̄d boni annexū. s. penā q̄ rōne iusticie

bona est:et cum ijdem improbi caret supplicio.i.pena inest ei aliquid alterius mali.s.ipsa impuni tas quā merito idem iure iniquitatis confessus es eē malū ●i. Boe.negare non possuz. Igitur ɔclu dit pħia ꝙ improbi multo sunt infeliciores ●ōnati.i.●otati ⁊ affecti i iusta impunitate ꝙ puniri iu sta vltione.i.pena. ¶ Notandū ꝙ ratio quā pħia intēdit est ista.cuiuscūꝗ hoīs malicie additᷣ aliqd boni:ipe felicior est eo cuiꝰ malicie nihil boni additᷣ sꝫ cū malꝰ homo punitᷣ sue malicie additᷣ aliqd

probi cū puniūtur quidē boni aliqd annexū.penā ipaꝫ scꝫ que ratione iusticie bona est:ijdēꝗ cuꝫ supplicio ca rent eis inest aliqd alterius mali ipsa impunitas quaꝫ iniqtatis merito malū esse cōfessus ē. Boe. Negare nō possum. Phi. Multo igitᷣ infeliciores improbi sunt in iusta impunitate donati:ꝙ iusta vltione puniri. ¶ Sꝫ puniri improbos iustū.impunitos vero elabi iniquuꝫ eē manifestū est. Boe. Quis id neget: Phi Sꝫ ait nec illud quidē quisꝗ negabit bonum esse oē qđ iustū est: cōtraꝗ qđ iniustum ē malū liquet esse: Boe. Tū ego ista quidē cōsequētia sunt eis que pauloante conclusa sunt. ¶ Sꝫ queso inquā te nulla ne animarū supplicia post defunctū morte corpus relinquis. P. Et mala quidē inquit quorū alia penali acerbitate.alia vō purgatoria clemētia exerceri puto:sed nūc de his disserere cōsiliū nō est. ¶ Id vō hactenꝰ egimꝰ vt que indignissima tibi videbatᷣ maloꝝ ptās eā nullā eē cognosceres quosꝗ ipunitos qrebare videras nūꝙ iprobitatis sue carere supplicijs. Licētiā quā cito finiri pcabaris:nec longā eē diceres: infelicioremꝗ fore si diuturnio infelicissimā vō si esset eterna. Post hoc miseriores eē iprobos iiusta impunitate demissos:ꝙ iusta vltione puni-

boni.s.pena:q rōne iusticie est bona cū aūt nō punitᷣ eiꝰ malicie additur aliqd mali.s.impunitas q mala est:ergo malꝰ punitꝰ felicior est malo impunito. ¶ Sꝫ puniri iprobos iustū. Hic pħia declarat quoddā assumptū in pbatiōe scꝫ ꝙ pena maloꝝ sit bona⁊ ꝙ impunitas sit mala●i.manifestū est ꝙ puniri improbos est iustum:⁊ impunitos iniquos elabi.i.euadere ⁊ iniquū eē.i.iniustū manifestū est ●i. Boe. qs neget id.i.illud subiūgit pħia.nec p ⁊ neret ne illud qdē qđ dictura sup.sum q ꝙ id est qcūꝗ vel aliqs negabit oē qđ est iustū eē bonū:⁊ ecōtra.i.p ɔtrū qđ iniustū est liquet.i.manifestū est illud esse malū:ergo Boe. dixi ista iā dicta ɔsia sunt eis que paulo cōclusa sunt. ¶ No. ꝙ pħia innuit duplicē rōnem. Pria talis est.pena maloꝝ est iusta:sꝫ iustuꝫ est bonū:ergo pena maloꝝ ē bona. Scđa rō est. Impunitas malorum ē iniusta:sꝫ iniustū ē maluꝫ ergo impunitas maloꝝ est mala. ¶ Sꝫ qso inqꝫ. Hic boe.soluit dubium. Querit enī boe.pħia qso te inqt.nūquid nulla aiarum supplicia post corpꝰ defunctū morte relinqs: Rñdet pħia. Et.i.etiā mala relinquo sup.post corpꝰ defunctuꝫ morte quoꝝ malorū alia ego puto exerceri:id est puniri penali acerbitate sicut mala dānatoruꝫ. alia vō exerceri.i.puniri purgatoria clemētia.i.igne purgatorio:sꝫ disserere.i.disputare đ his penis que debētur aiabus post morteꝫ nūc nō est cōsilium. ¶ Nota ꝙ peccatū qnꝗ est tale ꝙ per ipm habituatur volūtas ad malū cuiusmodi est mortale pctm̄. Peccātes ergo mortaliter in tali pctō decedētes puniuntur eterna pena post mortem. Nam sm beatū Grego. ad magnā iusticiam dei iudicantis pertinet vt nunꝙ careat supplicio qui nunꝙ carere voluit peccato. Quādoꝗ autē peccatū est tale qđ constat cū voluntate habituata ad bonū sicut est pctm̄ veniale. Tale non punitur eternaliter post morem:sedquia ad iusticiā dei pertinet:vt nullum peccatum maneat impunitum:ideo oportet vt homo puniatur ad tempus pro peccato veniali. Et quia per talem penam anima purgatᷣ ad receptionē plem premij:ideo illa pena dicitᷣ pena purgatoria. Id vero hactenꝰ egimus. Hic philosophia ponit quendā epilogus supradictorū. Secūdo ostēdit Boe.opi. vulgi esse cōtrariā opinioni pħie ●i. Tuꝫ ego. Primo dicit. Id egimꝰ.i.pertractauimꝰ. hactenus.i. hucusꝗ vt ptās malorū que tibi videbatᷣ indignissima nullā eā esse cognosceres sicut ostēdimꝰ in scđa ɔsa ⁊ vt illos malos quos tu querebare impunitos tu nūꝙ videres carere supplicijs sue improbitatis sicut ostēsum est tertia ɔsa. Et nos etiā egimꝰ vt licētiā seuiēdi cōtra bonos quā tu precabaris cito finiri diceres eam nō esse longā ⁊ infeliciorē esse potentiam ad malū si esset diuturnio ⁊ infelicissimā esse si esset eterna sicut in ista prosa ostensus est. Post hec probatum est eadē prosa improbos esse miseriores dimissos:id est relictos iniusta impunita-

Peccatuꝫ duplex.

te:ꝙ punitos iusta vltione. Cui co nsequens est vt tum. i. tunc demū cum creditur esse impuniti vrgeamur grauioribus supplicijs. ¶ Notandū circa predicta cum dicitur illū esse miseriores ꝙ peccat impune ꝙ qui punit̃ ꝑ peccato. Hoc est intelligendus de miseria presentis vite vtrobiqȝ vt sit conformis cōparatio. Accipiēdo em̄ miseriā p̄ntis vite et ex vna parte miseriā que est post mortē esset difformis cōparatio et esset extra ꝓpositum q: nō loquitur de miseria que est post mortem. ¶ Cum ego. Hic Boe. ostēdit opinionem vulgi esse cōtrariā opinioni p̄hie. Secūdo ondit p̄hia nō esse cōsentiendū opinioni vulgari. Secūda ibi. Quid igitur. Primo dicit. O p̄hia cum ego considero tuas rationes. i. inquisitiones: puto nil verius dici sup. illis: sed si reuertar ad iudicia hoim vulgariū supple aliter videtur. Quis em̄ est ille cui hec sup. dicta tua nō modo id est non tm̄ videantur nō credēda: sed saltē ꝑ etiā non audiēda. Dicit p̄hia. Ita ē vulgares nequeunt oculos rōnis et intellect⁹ assuetos: id est assuefactos tenebris passionū attollere. i. erigere ad lucē ꝑspicue veritatis sup. verum videant iudicio recte ratiōis etsi sunt siles auibus. s. noctuis et bubonib⁹ quarū intuitū. i. visum nox illuminat et dies cecat. Dum em̄ vulgares non intuunt̃ ordinē rerum: qui habet se ad modū lucis: sed intuūtur suos affectus. i. desideria que h̄nt se ad modū tenebrarū ipsi putant felicē esse impunitatē scelerū. i. malorū vel licentiā sup. seruiendi ↄtra bonos qd̄ tn̄ non est. Uide aut quid sanciat. i. statuat eterna lex. i. diuina prouidētia. si conformaueris animū tuū melioribus. i. virtutib⁹ nihil est tibi opus iudice exteriori deferēte premiū: q: tu teipsuz addidisti excellētiorib⁹. i. virtutib⁹: et per ↄñs fact⁹ es deus. Si autē studiū deflexeris ad peiora. i. ad vitia. ne pro non quesieris extra vltorē. i. vīdicē: q: tu te detrusisti in deteriora: ꝛ ꝑ ↄñs factus es belua. hoc declarat i simili veluti si respicias humum et celum vicibus: id est vicissim nunc celum: nunc terram cunctis supple iudicijs extra cessantibus. tunc tuipse sola ratione cernendi videaris nunc interesse sceno: id est terre nunc syderibus: id est celo supple eodem modo cunctis extra cessantibus ipsa sola ratione operandi bene vel male assequeris premiū vel supplicium diuina iusticia hec ordinante. at pro sed vulgus ista non respicit propter predictam causam. ¶ Nota quia natura visus requirit medium illuminatum: ideo ſm cōmunem naturam visus noctue et bubones melius deberent videre in die ꝙ in nocte cu ius tamen contrarium accidit eis. Uel propter debilitatem naturalem visus sicut in noctuis. De quibus dicit Isido. ꝙ orto splendore solis visus noctue hebetabatur vel propter consuetudinem ad tenebras sicut creditur esse de bubone. Cum enim bubo habeat alias aues sibi inimicas: ideo de die in cauernis latitat et alijs auibus quiescentibus: propter necessitatem victus de nocte volat. ¶ Nota ꝙ dicit vide quid eterna lex sanciat vt dicit beatus Augustin⁹ in lib. de libero arbitrio. Lex eterna est qua iustum est vt omnia sint ordinata: et ideo ſm ordinē eius nunꝙ iustus destituitur premijs nec malus supplicio. ¶ Quid igitur his ne accedamus. Hic ostendit philosophia non esse consentiendum opinioni vulgari dicens. O Boe. quid igitur dicis nunquid debemus accedere per concessum his vulgaribus quos monstrauimus similes esse beluis: id est bestijs quasi dicat non. Et hoc manifestat per exemplum dicens quid dicis si quis homo amisso penitus visu obliuisceretur etiam seipsum habuisse intuitum: id est visuz et arbitraretur nihil deesse sibi ad perfectio

tos. Cui sentētie cōsequens est vt tum demū grauioribus supplicijs vrgeātur cū impuniti eē credunt̃. Boe. ¶ Cum ego cū tuas inq̄ rōnes cōsidero: nil dici veri⁹ puto. At si ad iudicia hominuz reuertatur quis ille est cui hec nō modo non credenda saltē non audienda videātur. Phi. Ita est inq̄t illa. Nequeūt em̄ oculos tenebris assuetos ad lucē ꝑspicue veritatis attollere: similesqȝ auibus sunt quarū intuitū nox illuminat dies cecat. Dum em̄ nō reruz ordinē: sed suos intuūtur affectus: vel licentiā vel impunitatē scelerū putant esse felicem. Uide aūt quid eterna lex sanciat. Meliorib⁹ animū si conformaueris nihil opus est iudice premiū deferente: tu teipse excellentiorib⁹ addidisti. Si studiū ad peiora deflexeris: extra ne quesieris vltorē tu teipse deteriora detrusisti veluti si vicibus sordidā humūqȝ celūqȝ respicias. cūctis extra cessantib⁹ ipsa cernēdi ratione nunc sceno: nunc syderib⁹ interesse videaris. At vulgus ista nō respicit. ¶ Quid igitur his ne accedam⁹ quos beluis similes eē mōstrauim⁹ quid si quis amissos penitus visu ipm etiā se habuisse obliuisceret̃ intui

nem humanam. Nū. i. nūquid hoīes vidētes. i. iu dicātes eadē cum ceco putaremus esse cecos: q̄si dicat: imo sup. Silr si vulgares dicerent se recte iudicare ⁊ se nō esse beluas adhuc nō esset eis consentiendū. ¶ Notandū φ vulgares ⁊ imperiti iudicāt tanq̄ longe distātes a veritate: quia iudicant ſm cōcupiscentiam nō ſm rei veritatē: ꝓpter quod nō est standū eoꝝ iudicio. Unde Sene. in de remedijs fortuitoꝝ dicit. Male opinātur hoīes de te sed mali: moueret aūt si sapiētes hoc loq̄rentur

tum nihilq̄ sibi humanā perfectionem deesse arbitraretur non vidētes eadem cum ceco cecos putaremus? ¶ Nōne illud quidē acquiescerēt quod eque validis rationū nitūtur firmamētis infeliciores esse eos qui faciunt q̄ qui patiātur iniuriā. Boeci⁹. Uellem inq̄ has ipsas audire rationes. Phi. Omnē inquit improbum nō supplicio dignū negas. Boe. Minime. Phi. Infelices ꝟo esse qui sunt improbi multiplicit̄ liquet. Boe. Ita est inq̄. Phi. Qui igitur supplicio digni sunt miseros esse non dubitas. Boe. Cōuenit inq̄. Phi. Si igitur cognitor ait resideres cui suppliciū inferendū putares: ei ne qui fecisset: an q̄ ꝑtulisset iniuriā? Boe. Nec ambigo inq̄ quin ꝑpesso satisfacerē: dolore facientis. Phi. Miserior igitur iniurie illator q̄ acceptor esse videtur. Boe. Cōsequitur inq̄. Hac igit̄ alijsq̄ de causis ea radice nitentib⁹ φ turpitudo suapte natura miseros faciat apparet cuilibet illatā iniuriā nō esse accipiētis: sed inferētis miseriā. Phi. Atqui nūc ait cōtra faciūt oratores pro his eni qui graue: quid acerbum perpessi

nūc autē displicere est laudabile. Male de te loquūtur mouerer: si ꝯ iudicio facerēt nunc aūt morbo ignorantie faciunt. Male de te loquunt̄: q2 bn̄ nesciūt loq̄. ¶ Nōne illū q̄dē acq̄escerēt. Hic phīa p̄mo ostēdit illos eē miseriores q̄ faciūt iniuriā q̄ qui patiūtur. Secūdo ex hoc cōcludit φ iniuria non est ipsius patiētis sed inferētis. Tertio inuehit̄ cōtra oratores. Scđa ibi. Hinc igit̄. Tertia ibi. At q̄ nūc Primo dicit. ¶ Nōne pro nūquid vulgares nō acquiescerēt. i. crederent illud quod nitit̄ eque validis firmamētis rationū scꝫ inferiores esse eos qui faciūt iniuriaꝫ q̄ qui patiūtur dicit Boe. Uelleꝫ inquā audire has ipas rationes tūc philosophia inducit duos syllogismos ad ꝓbandum intentū. Quoꝝ primus est. Oīs iprobus est miser: sꝫ oīs dignus supplicio est improb⁹: ergo oīs dign⁹ supplicio est miser. ⁊ per cōsequens quāto dignior est supplicio: tāto est miserior. Scđs syllogism⁹ est q̄to aliq̄s ē dignior supplicio tāto ē miserior: sed faciēs iniuriā dignior ē supplicio q̄ patiēs: ergo faciens iniuriā miserior est q̄ iniuriam patiēs. Primo innuit primū syllogismū dicens. Nunquid negas oēm improbū esse dignuꝫ supplicio. Boe. dicit. Mime supple nego. Et phīa dicit. Et multipliciter liquet eos infelices q̄ sūt improbi: ita est dicit Boe. Igitur dicit philosophia. Qui digni sūt supplicio nō dubitas eos eē miseros. dicit Boe. Conuenit inq̄ supple predictis. Tunc philosophia innuit secundū syllogismū per modum interrogationis dicens. O Boe. si tu resideres cognitor. id est iudex causarum cui putares inferēdum supplicium: vel ei qui fecisset iniuriam: vel ei qui pertulisset iniuriā. dicit Boe. Non ābigo. i. non dubito quin ego satisfacerem perpesso iniuriam dolore. i. cum supplicio faciētis iniuriā. Igitur dicit philosophia. illator iniurie tibi videtur esse miserior q̄ acceptor iniurie. dicit Boe. consequitur inq̄ sup. predicta. ¶ Notandū φ ad eādem cōclusionem sic potest argui. Quicūq̄ opatur malum ex ꝓposito magis peccat ⁊ miserior est q̄ ipsum sustinēs sine proposito ⁊ voluntate: sed inferens iniuriam operatur malum ex proposito ⁊ sustinens patitur malum sine proposito ⁊ voluntate: ergo inferens iniuriam peior est ⁊ miserior patiente iniuriam. ¶ Hac igit̄ alijsq̄ de causis. Hic philosophia concludit ex dictis φ quelibet iniuria nō est miseria patientis: sed inferētis dicēs. Hac igitur de causis: quia inferens iniuriam miserior est patiente: ⁊ ex alijs de causis: ea radice. i. fundamento nitentibus hoc scꝫ fundamento φ turpitudo faciat homies miseros suapte natura. id ē sua propria natura. Ex hoc apparet iniuriam cuilibet illatam non esse miseriam accipientis. i. patiētis eā: sed inferētis. ¶ Nota φ ex littera sic pōt argui. Turpitudo natura sua ꝓpria facit hoīem miserū: sed turpitudo est in inferente iniuriam ⁊ non in patiente: ergo inferens iniuriam est turpis ⁊ miser et per cōsequens iniuria nō est miseria patientis: sed eam inferentis. ¶ Atqui nūc ait. Hic philosophia inuehitur contra oratores. Secūdo cōcludit ex dictis φ odium nō habet locum apud sapientes ibi. Quo fit. Primo inuehitur cōtra oratores qui inducūt iudices ad miserandum patienti iniuriam; cum tamen potius miserandū sit facienti iniuriā: ⁊ oratores. i. causidici; quorum officio est

sunt: miserationē iudicium excitare conātur. Cum magis ad miserātibus iustior miseratio debeatur: quos non ab iratis sed a propicijs potius miserantibusq; accusatoribus ad iudiciū veluti egros ad medicū duci oportebat: vt culpe morbos supplicio resecarēt: quo pacto defensorum opa vel tota frigeret: vel si prodesse hominibus mallēt accusationis habitū verteretur. Ipsi quoq; improbi si eis aliqua rimula virtutē relictā phas esset aspicere: viciorūq; sordes penarū cruciatibus se deposituros viderent cōpensatione adipiscende ꝓbitatis: nec hoc cruciatus esse dicerēt defensorūq; operā repudiarent: ac se totos accusatoribus iudicibusq; ꝓmitterēt. Quo fit vt apud sapiētes null⁹ prorsus odio locus relinquatur. Nā bonos quis nisi stultissimus oderit: malos vero odisse rōne caret. Nā sicuti corporum languor: ita viciositas est morbus animorū. Cum egros corpore minime dignos odio: sed potius miseratione iudicemus: multomagis non insequendi: sed miserandi sunt quorū mētes omni languore atrocior vrget improbitas.

persuadere iudici: isti faciunt nūc cōtrarium: quia ipsi conātur excitare miserationē iudicū pro eis qui perpessi sunt graue acerbum quid cū magis iustior miseratio debeatur admittētib⁹.i. facientib⁹ malum quos iniuriātes oportebat duci ad iudiciū veluti egros ad medicū nō ab iratis accusatoribus: sed a ꝓpitijs: quoq; pro & miserātibus vt resecarent morbos culpe supplicio.i. pena. Quo supple ordine pacto: si hoīes mouerētur misericordia erga facientes iniuriā; opera.i. diligētia: defensorū.i. defendere volentiū ipos: illa tota frigeret.i. cessaret vel si mallēt ꝓdesse hoībus iniuriantib⁹: tunc defensio eorum verteret in habitus accusatōis: ita ꝙ ille qui fuit defensor fieret accusator. Ipsi quoq; improbi si esset eis phas aspicere virtutem relictam aliqua rimula.i. cognitione ipsi viderēt se deposituros sordes viciorū cruciatib⁹ penarū cōpensatione.i. causa adipiscende ꝓbitatis: nec ipsi dicerent.i. reputarēt cruciatus: sꝫ ipi repudiarent.i. spernerēt operā: id est diligentiā defensorum: ac pro & se totos ꝓmitterēt accusatoribus & iudicibus. ¶ Notandū ꝙ misericordia & miseratio est virtus sm quā aliquis compatitur aliene miserie. Cui ergo inest maior miseria: ei debetur maior misericordia. sꝫ declaratū est maiorē esse miseriam inferētis iniuriā quā patiētis: ergo ad miserandū eis maxime debēt induci iudices: cuius cōtrariū faciūt oratores: qui includūt iudices ad miserandū patiētibus iniuriam. ¶ Nota ꝙ facientes iniuriā accusandi sunt nō ex ira: sed ex cōpassione & misericordia p penali remedio morbus culpe eorū auferatur: sicut enim egris nō est insultandū sed potius ꝯdolēdū: sic & istis qui morbo viciorum affecti sunt. & potius sunt accusandi quā defendēdi vt penali acerbitate eorum malicia minuatur etiā si mali ꝑpenderent sordes viciorum & dignitates virtutū non reputarent cruciatus: sed se accusatoribus et iudicibus volūtarie offerēt puniendos. ¶ Quo fit. Hic phīa ex dictis cōcludit ꝙ odium nō habet locum apud sapientes & dicit. Quo fit.i. ex dictis sequitur: vt apud sapiētes nullus locus relinquatur odio. Nam quis oderit bonos nisi stultissimus: malos vero odisse caret ratione.i. rationabile. Nā sicut languor est morbus corporum: ita viciositas est morbus animorum. Cum ergo egros corpore mime iudicemus dignos odio: sed potius miseratione: multomagis nō insequendi sunt odio: sed potius miserandi: quorum mētes vrget improbitas.i. malicia existens atrocior.i. crudelior omni languore corporali. ¶ Notandū ꝙ sapiētes non debēt odire malos, quia dicit Seneca ad Luciliū. Hūc affectum sapientes habeant aduersus malos quem habet medicus aduersus suos egros qui eos non odio: sed remedio studet cōtractare: qui nec reliquias egrorum: necnon effusa dedignatur intueri.

Misericordia

¶ Ascensius.





Um ego fateor: inquit. Hoc textu nihil apertius putem si modo sine mendis legatur. Legendum enim est. Sed quorum atrox scelerataq; mens vbi scriptum erat scelerataq; mens. In cōmentario autē erat particula scelerata omissa. & scriptum ꝙ Boe. faceret notum pro eo quod est votum.i. optatio. facit itaq; votum.i. optat vt malis nō liceat seuire in bonos. Preterea vbi scriptum est sceleratorum hoīm pena releuatur scribendum puto eleuatur.i. diminuitur. Nam vt valla docet eleuare est diminuere. tractūq; est a trutina in qua quod minoris ponderis & imminutior est eleuatur. Unde Persius. Nec si quid turbida roma eleuet accedas. Potuisse miserias est. Non absurdū est dicere: vt in cōmētarijs quod posse

Eleuo

Posse

malũ simplr est min⁹ ꝙ velle: quia volũtas nõ potẽtia punieꝛ: sed posse fit et velle nimirũ grauius est ꝙ velle dũtaxat. Neq; hoc videtur pretendere Boe. si ingenium eius noui: quid enim opus erat rem manifestissimã intulisse: de qua nemo dubitet. Sed hoc videtur dicere ꝙ posse malum efficit prauos inferiores ꝙ velle. Uelle siquidẽ omnibus cõmune est: q2 per liberũ arbitriũ quilibet potest velle malũ: sed posse paucis datur. qui reuera ideo miseriores sunt: q2 possunt. Nam diuus Augustinus ostendit deũ ex hoc esse potentissimũ ⁊ pfectissimũ: q2 peccare et mala que mala maneãt facere non potest. Si autem qui mala volunt ꝙuis per hoc miseri sunt non possent essent minus miseri: q2 maior iniuria infertur per posse ꝙ per velle. Nam volens malũ sibi soli nocet si non potest. Sed potens etiã nolẽs: põt alteri nocere: cuius casus est. si quis per potentiã faciat quod malum est: sꝫ nescit esse malũ: ⁊ si sciret esse malum nõ faceret: is nõ per voluntatẽ: sed per ignorantiã peccat: aut si ille excusabilis est nõ peccat: ⁊ tñ malũ facit p potentiã qḋ in alium redũdat: vt si pceptũ fuerit militi strennuo ab imperatore occidere pcul visum quẽ turcham vterq; credit cum sit xpian⁹ in vestitu turche. talis potẽtia malum facit xpiano: sed non volũtate deliberata: sed ad alia progrediendũ est. Uoluntatis miserie langueret effect⁹: hec pbatio ostendit Boe. intelligere fm mentem superioris cõmentarij. legendum est aũt misere non miserie. Itaq; cum singulis miserie sua. i. propria. Item patrandi sceleris non parandi legendum est. Possibilitate deserti. i. destituti. venit possibilitas nomine possibilis quod in idoneis auctorib⁹ veterib⁹ precipue nõ inuenitur. Non eñ dicunt si est possibile: sed si fieri potest. Qḋ quidẽ illis nõ leges quosquidẽ. Repperi etiaꝫ ablata esse in hoc textu in quibusdã exẽplarib⁹ hanc clausulã: ꝙ tãto est malus ꝙto est diuturni⁹: quã alibi repertam inserui⁹. Cõclusioni accedere. i. assensum prebere. Nam etiã pedib⁹ in sententiã olim ibatur dum eñ diuersarũ sentẽtiarũ auctores erant ꝙrentes multitudinis assensum discedebant in diuersas partes et assentientes ibant ad sue quisq; sententie auctorẽ: ⁊ ita pedibus assensum suũ iudicabant. vnde in sententiã ire dicun⁹: eo qui assentiũtur. Et ad eum modũ dicit hic accedere cõclusioni. i. assensum pbere. Accedo eñ dum significat adire accusatiuũ regit: vt pmo Enei. penitusq; sonãtes. Accestis scopulos: sed dũ significat addi aut adiũgi aut assentiri datiuũ regit. Nã op⁹ est dicere efficacẽ nõ efficassem. scribendũ est eñ accusatiuus a nominatiuo efficax hui⁹ efficacis: et tñ sepe male scribiꝛ. Legendũ est etiã ibi. Neq; id nũc molior ꝙ cuiuis veniat in mentẽ: cuiusnõ cuius. Est autẽ moliri cũ mole. i. difficultate aliquid cõniti. Item legendũ est ibi pterea quibus miser est ⁊c. vt preterea sint due dictiones. Nam ordo est: si malũ aliquod pter. i. vltra ea sup. mala quibus miser est fuerit annexũ ⁊c. Et iterũ consulerẽ vt legas eleuaꝛ: vbi tñ frequẽtius reperitur releuaꝛ. Leges preterea. Qui ni in ꝙ. Non: quid ni ꝙ. Item legendũ est ⁊ scribendũ ijdemq; per duplex. ij. est enim pluralis numeri ibi. Idemq; cũ supplicio carẽt. Cõtraq;. i. ⁊ ecõtrario nõ dicas ecõtra. Inueni hic glossemata superiora mẽdis referta: immo mutilata in plerisq; locis: vt patebit cõferenti hec cum aliis. Id vo hactenus egim⁹: vt que indignissima tibi videbaꝛ maloꝝ pcãs eã nullã esse cognosceres. Latina ⁊ elegãs est elocutio magis ꝙ grãmatica. Nã grãmatice relatiuũ ⁊ ãtecedẽs nõ reguntꝛ ab vno vbo semel posito: sꝫ frequẽter latine loquẽtes ita faciũt pposito relatiuo. Diceret ergo hic grãmaticus: vt maloꝝ pcãtem quem indignissima tibi videbaꝛ: nullãq; esse cognosceres. Et paulopost leges sic quis ille est cui hec nõ modo nõ credẽda: vel sic cui hec nõ: nõ credẽda modo ⁊c. Nã si semel dũtaxat poniꝛ nõ: nõ stat sentẽtia. Sancio supius dixi p c. scribendũ: ꝙuis in pterito faciat interdũ sanxi. Nil opus est iudice premiũ deferẽte. Sic in nono Eneiđ. Pulcherrima pmũ dij moresq; dabũt vestri. Pulcherrima inqt pmia dabũt dij ⁊ sui cuiusq; mores. Extra me ꝙsiueris. Sic Persius. Nec te quesiueris extra quantũ ad iudiciũ. quãtũ aũt ad tormentũ idẽ Persius ostẽdit nullũ esse grauius ꝙ morsus assiduos cõscientie: verba eius sunt satyra tertia. Magne pater diuũ sceuos punire tyrãnnos. Haud alia ratione velis cum dira libido mouerit ingenium feruenti tincta veneno. Uirtutẽ vt videant intabescantq; relicta. An ne magis siculi gemuerunt era iuuenti. Et magis auratis pendens laquearibus ensis. Purpureas subter ceruices terruit: imus. Imus precipites ꝙ sibi dicat: et intus palleat infelix quod proxima nesciat vxor. Illud aquiescerent noue dictum. Nam aquiesco illi dicimus: transumptiue ergo posuit: vt sic acquiescerent id est acquiescentes approbarent satisfacerent dolore facientes. caue ne rursus scribas dolorem. Apparet cuilibet illata iniuriã. Hic omissuꝫ puto illud quod addidi. Non esse accipientis sed inferentis miseriam. Quo pacto vulgo dicitur pro eo quod est quo modo: quia modus pactuꝫ facit. Opera non est sola diligentia sed operatio ipsa: vel interdum operans ipse. Apud sapientes nullus prorsus odio locus reliquatur vt pulchre dictum in buccolico. Inuidit stultus amintas quasi inuidus omnis stultus dicatur.

Possibilis.

Ire in sententiam.

Accedo

¶ Metrum quartum libri quarti.



Uid tantos iuuat excitare motus
Et propria fatum sollicitare manu
Si mortem petitis propinquat ipsa
Spõte sua volucres nec remoraꝛ equos



Uid tantos iuuat excitare motus. Hic incipit quartũ metruꝫ hui⁹ quarti quod dicitur valenticuꝫ ab inuentore. Secũdũ dicitur penthametrum siue elegiacum. In quo metro philosophia exclamat contra homines qui bellicis motibus ex odio semetipsos ad morteꝫ de

Sanctus thomas.

ducunt dicens. Quid iuuat r.i. que vtilitas est excitare tantos motus. s. odij et quid iuuat sollicitare. i. sollicite exquirere fatum. i. mortem ppria manu. quasi diceret nulla est vtilitas. Est aut rō: qr si mortem petitis. i. desideratis: siue vestram siue alioꝝ ppinquat sponte sua nec remoratur. i. retardat volucres. i. veloces equos. Mirandū est etiam q homines quos leo tigris vrsus aper dente petunt. i. inuadunt: q ijdem homines petunt. i. inuadunt se ense. vt se mutuo interficiant. i. interserit phia. Nunquid homines mouent iniustas acies et fera bella et volunt perire alterius telis. i. mutuis sagittis: ideo qr mores eoꝝ distant. q pter dissidentes id est discordant. Certe ista ratio seuitie nō ē satis iusta vis ꝗ referre. i. reportare aptā vices. i. vicissitudines meritis tam boni q mali dilige bonos et miserescse malis. ¶ No. q di. mortē non tardare suos equos. p equos mortis intelligunt partiales dispositiões periodi p quas hō ad mortem tendit. Quilibet enim hō hꝫ certam et determinatā periodum sue vite: eo q forme oim rerum sunt in terminis. i. in corporibus celestib' virtualiter vt pꝫ secundo de generatione. ¶ Notandum q philosophia hic non excludit licentiam gerendi iustum bellum: sed iniustum quia dicit iniustas acies bellum enim iustum conceditur: et ideo geritur vt aliquis nitens contra iusticiam ad iusticiam reducatur.

Quos serpens leo tigris vrsus aper
Dente petunt: ijdem se tamen ense petunt
An distant quia dissidentq3 mores
Iniusta acies et fera bella mouent
Alternisq3 volunt perire telis?
Non est iusta satis seuitie ratio.
Vis aptam meritis vicem referre?
Dilige iure bonos et miserescse malis.



¶ Ascensius.



Quid tantos r. c. Carmen est dicolon distrophon. Est autē prim' versus Phaletius ab inuētore penthameter a numero pedū qui quinq3 sunt spondeus dactylus et tres trochei hendecasyllabus a numero syllabarū que vndecim sunt et trochaicus a trocheo predñante. Secundus est penthameter elegiac' de quo in primo carmine primi libri satis dictū est. Vocant aūt nōnulli valenticū qd phaletiū vocare debent. Quia in superiore prosa cōclusum est malis potius cōdolendum q insultandū esse: nunc cōqueritur phia seuitiā hoim qui fatum. i. mortem fataliter etiā si nō inferatur ab eis miseris imminētes sollicitāt. i. sollicite pperare faciunt ijdem se tñ ense petunt. scribendū est iterū ijdem per duplex. ij. qr etiam hic plurale est. Offendi etiā se tamē esse petunt cū nemo sanus dubitet legēdū esse: se tñ ense petunt. i. gladio mucrone se inuadunt et in se impetum faciunt: sicut in Buccoli. Malo me galathea petit r. c. Alternis telis. telum dicitur omne genus armoꝝ quo inuadimus precipue de longe. Nam telon grece dicitur longum: sꝫ etiā gladius a ꝟgilio telum vocatur. Non est iusta satis seuitie ratio. Minus cōcinn' est versus: qr trissyllaba dictiōe claudit miserescse malis. Aduerte grāmatice dicim' miseror te: misereor tui: rarissime aūt vel nunq̄ nisi in ecclesiasticis misereor tibi: sꝫ tñ miseresco tibi: vt scdo eneid. His lachrymis vitā dam' et miserescim'. venit autē miseresco nunc a misereor: et est psonale: nūc a miseret impsonali cui' pteritū est misertū: est vel fuit: et tūc est etiā impsonale miserescit: et regit accusatiuū cū gtō sicut miseret: vt sicut dicit. miseret me tui. ita miserescit me tui.

Telum.
Miseror.
Misereor.
Miseresco
Miseret.
Sanctus Thomas.



Hinc ego video r. c. Ista est quinta psa huius quarti i qua quia Boe. primus conquerebatur bonis mala et malis bona cōtingere. pter qd etiam reputabat istarū fortunaꝝ vices non ex ordine diuine prouidētie: sed ex casu prouenire: adeo philosophia super hoc cōsolatur Boe. assignando causas: quare bonis mala et malis bona contingunt. Et primo Boe. exprimit suum dolorem in hoc qd vices fortunarū videatur confuse et inordinate disponi. Secūdo assignat philosophia causam huius apparentie. Tertio ipm consolatur assignādo causas predictorū. Secūda ibi. Nec mirum. Tertia in sequēti prosa habetur ibi. Ita inquit. Primo Boe. premittit quedam. Scdo exprimit causam sui doloris ibi. Cum presertim. Primo dicit. Ego video hinc. id ē ex dictis que felicitas sit constituta in meritis proborum scilicet deos fieri: et que sit miseria constituta in ipsis meritis improboꝝ: scilicꝫ transformari in belua: sed ego perpendo. id est iudico: nō nihil id est aliquid boni: vel pro vel mali esse: in hac fortuna populari. id est in prosperitate fortuita; qd probat. Neq3

¶ Prosa quinta libri quarti.



Hinc ego video inq̄ q̄ sit vel felicitas vel miseria in ipsis proboꝝ atq3 improboꝝ meritis cōstituta. Sed in hac ipa fortuna populari nō nihil boni mali: vel inesse ppēdo. Neq3 enī sapientū quisq̄ exul inops ignominiosusq3 esse

enim quisq̄ sapientum malit. i. magis vult esse exul inops ignominiosus. s. infamis potius ꝙ pollens opibus ꝙ reuerendus honore ⁊ validus potentia: ⁊ in sua vrbe permanens florere: sic enim per huiusmodi bona fortune officium sapientis tractatur clarius: ⁊ pro ⁊ testatius id est cum maiori testimonio: quia talibus plus creditur: cuius beatitudo regentium transfunditur id est dilatatur in populos contingentes id est vicinos. ¶ Notandum ꝙ in bonis fortuitis est aliquid boni: quia per ipsa sapiēs expeditius tractat officium gubernandi subditos. Qui enim diuitijs potentia et fama precellūt alios aptiores sunt ad subueniendum oppressis ⁊ ad deprimendum malos: ad protegendum bonos ad expugnandum inimicos et ita sapienti qui tractat negocium reipublice necessaria est potentia et diuitiarum abundantia: sed sapienti qui vacat contemplatiōi diuitie sunt onerose: quia nimiam inde gerit sollicitudines. ¶ Cum presertim carcer lex cetera ꝗ legalium tormenta. Hic Boe. exprimit causam sui doloris ⁊ admirationis dicens. Cum lex ⁊ carcer et cetera tormenta legalium penarum debeantur perniciosis id est malis ciuibus ꝑpter quos constituta sunt: ego vehementer admiror cur hec tormēta viceuersa id est contrario modo mutentur ita vt supplicia scelerum id est malorum premant bonos ⁊ mali rapiant premia virtutum id est virtuosorum: ⁊ ego desidero o philosophia scire ex te que videatur esse ratio id est causa tam iniuste confusionis minus etenim mirarer si crederem omnia misceri fortuitis casibus. Nunc autem deus rector omnium exagerat id est augmentat stuporem meum: qui deus cum sepe bonis iocunda malis aspera tribuat: ⁊ pro et contrarium bonis dura malis optata concedat nisi deprehendatur. i. cognoscatur causa huius quid est ꝙ hoc videatur differre a fortuitis casibus. q. dicat nihil ¶ Notandū ꝙ tormenta legalia sicut carcer membrorū mutilatio flagella ⁊ hm̄oi sint inuenta propter malos ⁊ ista sepius videntur infligi bonis malis euadentibus super hoc admiratur Boe. cum tamen deus debeat punire malos ⁊ remunerare bonos: ⁊ nisi huius ratio cognoscatur quare hoc cōtingat nihil est quin talia videantur cōtingere a casu ⁊ fortuna ⁊ nō subiacere regimini prouidētie diuine qđ absurdū est. ¶ Nec mirū inquit si qđ ordinis. Hic philosophia assignat cām apparētis talis cōfusionis: q: sic videtur esse ꝑpter ignorātiā cause ⁊ dicit. Nec mirum si quid credatur cōfusum ⁊ temerariū. i. casuale in istis inferioribus ignorata ratiōe ordinis diuine prouidentie. Sed quamuis tu ignoras causam tante dispositionis diuine tamen bonus rector. s. deus temperat mundum sua bonitate. ideo nō dubites cūcta recte fieri. ¶ Nota ꝙ mirum est cuius causa nescitur ꝑ tanto enim multi mirantur de eclipsi solis: q: cām ignorant. Et quia Boe. ignorabat cām huius cōclusionis quare bonis mala ⁊ malis bona contingant. ideo hoc āmirabatur ⁊ causa ammirationis eius fuit ignorantia dispositionis diuine prouidentie.

malit potiusq̄ pollēs opibus honore reuerendus potētia validus in sua permanens vrbe florere. Sic enī clarius testatiusq̄ tractatu officium sapientis cum in contingentes populos regentiū quodammodo beatitudo trāsfundiatur. ¶ Cū presertim carcer lex ceteraq̄ legalium tormenta penarum perniciosis potius ciuib9 propter quos etiam constituta sunt debeātur. Cur hec igitur versa vice mutentur: scelerūq̄ supplicia bonos premāt premia virtutum mali rapiant vehementer ammiror: queq̄ tam iniuste cōfusionis ratio videatur ex te scire desidero. Minus etenī mirarer si misceri omnia fortuitis casibus crederē. Nunc stuporem meum deus rector exagerat qui cū sepe bonis iocūda: malis aspera: cōtraq̄ bonis dura tribuat: malis optata concedat nisi causa deprehendatur: qđ est ꝙ a fortuitis casib9 differre videatur. Philo. ¶ Nec mirum inquit si quid ordinis ignorata ratione temerariū cōfusumq̄ credatur sed tu quamuis causam tante dispositionis ignores. tamē quoniam bonus mundū rector tēperat: recte fieri cūcta ne dubites

¶ Metrum quintum libri quarti.



¶ Ascensius 

Hinc ego video inquam. In prosa omnia facillima sunt. Perpendo est percipio ex pensitatione. Sic etenim clarius. Non leges sicut enim. quia non sequitur sic vel ita. Nūc stuporem deus rector exagerat id est quia scio omnia a deo regi et gubernari: ideo magis miror. vnde hec confusio nascatur potissimum iniusta: vt nunc videtur Boetio.

¶ Metrum quintum libri quarti.

Sanctus thomas.



Si quis arcturi sydera nescit. Istud est quintum metrum huius quarti quod dicitur alemanicum ab inuentore dactylicum a pede predominante tetrametrum. i. quattuor pedum. Hypercataleticum id est habundans in vna syllaba: in quo metro philosophia declarat quomodo ea quorum cause non apparent videntur mira. Scdo ostendit quomodo cognita causa cessat ammiratio: ibi. Nemo mirat flamina. Primo ostendit ꝙ ꝓpter latentē causam hoies miranť: ⁊ īducit de hoc exēpla. Primus est de eo quod accidit in stellis iuxta polum septentrionalem: qz ille stelle ceteris stellis remotioribus tardius mouentur: et tamen velocius oriuntur: qui autem ignorat causam huius illi videtur hoc mirum: vnde di. Si quis nescit sydera arcturi id est maioris vrse labi id est volui propinqua summo cardine id est cardini ponendo ablatiuū ꝓ datō cā metri. i. polo septentrionali. ille stupebit i. ammirabiť legē alti etheris. i. firmamenti. cur bootes. i. stella tardus legat. i. ptrāseat plaustra. i. stella plaustri. i. s. maioris vrse et mergat seras flāmas equore. loquēs more poetico. Qui sequentes iudicium vulgi dicunt stellas tingi in mari qn̄ occidūt Et dr̄ bootes mergere seras. flāmas. i. lumina sua tarda: qz nunꝙ ea mergit: ⁊ est modus loquēdi id quod nūꝙ fit dicere ꝙ tarde fit: cum tū bootes explicet ortus nimis celeres eo ꝙ in principio noctis nob statim apparet. Scōm exēplum est de eclipsi lune ꝙ nesciētes cāz adeo aliq̄ admiranť ꝙ putant eius eclipsim ꝯtingere ꝑ incātationes: ⁊ volētes auxiliari lune ⁊ impedire ne audiāt incantationē concutiunt oīa vasa erea et sonora tpē eclipsis. Vnō dicit in littera. Cornua plene lune paleāt: qz incipiēte eclipsi lune incipit appere corniculata cornua infecta metis. i. terminis opace noctis. i. vmbre terre.



Si quis arcturi sydera nescit
Propinqua summo cardine labi.
Cur legat tardus plaustra bootes
Mergatq; seras equore flammas
Cum nimis celeres explicet ortus
Legem stupebit etheris alti
Palleant plene cornua lune
Infecta metis noctis opace
Queq; fulgenti texerat ore
Confusa phebe detegat ore
Commouet gentes publicus error
Lassentq; crebris pulsibus era.
Nemo miratur flamina cori
Litus frementi tondere fluctu
Nec nimis duram frigore molem.
Feruente phebi soluier estu
Hic enim causas cernere promptum
Illic latentes pectora turbant


⁊ phebe. i. luna ꝯfusa ꝑuatiōe luminis detegat. i. appere faciat astra immora: q̄ texerat. i. latere fecerat fulgētiore. i. abūdātia sui fulgoris. tūc public⁹ error quo putat luna incātari ꝯmouet gētes. ⁊ lassant. i. fatigant era. i. vasa erea vel cāpanas crebris pulsibus. ¶ Notandū ꝙ arctur⁹ dr̄ ab arcos qd̄ ē vrsa q̄ est quoddā signū iuxta polū septētrionalē qd̄ nos vulgariter plaustrū nolam⁹. Et sic accepit beat⁹ Greg. sup Job di. Arctur⁹ septez stellis maxime lucet.

Arcturus

semꝑ mouetur ⁊ nunꝙ mergitur. ¶ Nota ꝙ stelle circa polū arcticū more sicut arcturus ⁊ alie stelle mouenť tardi⁹ aliis stellis remotiorib⁹ a polo arctico: qz minorē circulū suo motu describūt: ⁊ stelle remotiores maiorem. Vñ stelle remotiores in equali tempore pertranseant maiorem circulum in quo stelle propinquiores minorē. qz ambo circūuoluunť semel in die naturali patet per diffinitionē velocitatis ⁊ tardi⁹ ꝙ stelle ꝓpinq̄ores polo tardi⁹ mouenť: ⁊ remotiores veloci⁹. Illō eñ mouť tarde qd̄ in equali tpē ptrāsit min⁹ spaciū. Et illō moueť velociter qd̄ in equali tpe ptransit maius spaciū. ¶ Notandū ꝙ luna recipit lumē suū a sole: si ḡ corp⁹ opacū interponiť īpediēs ne lumen solis perueniat ad lunam vel in toto vel in parte necesse est lumen lune deficere vel in toto vel in parte. ⁊ hoc est lunam eclipsari. ¶ Nemo mirať flamina. Hic ostēdit ꝙ cognita causa cessat admiratio di. Nemo mirať flamina cori: talis vēti tūdere. i. ꝑcutere littus fremēti fluctu. s. maris ⁊ hoc di. ꝓ tāto: qz vēto flāte aqua maris cedit ⁊ ad litt⁹ resistēs repcutiť: nec etiā aliq̄s mirať molē. i. magnitudinē nimis frigore durā. i. ꝯgelatā soluier. i. solui. Et hic ē ꝑagoge. i. additio syllabe ad finē dictionis ꝓpť necessitatē metri ḡ poniť soluier ꝓ solui feruēte estu phebi. i. solis. Heñ. i. i istis exēplis promptū est sup. cernere cās q̄re ventus īpellit mare q̄re sol liq̄facit niuē: sz illic in ꝑorib⁹ exēplis latētes cāe turbāt pectora sup. ꝑ admiratōez ⁊ mobile vulg⁹ stupet. i. mirať subdiť. i. de subitaneis euētib⁹

et stupet cuncta que puebit. i. pducit. rara etas. i. que raro eueniũt: sed si vis cessare admirationem nubilus error inscitie. i. ignorãtie causarũ cedat. i. recedat ⁊ accedat notitiã causarũ pfecto. i. p certo tũc cessant videri mira pri⁹ stante ignorãtia videbãtur mira. ¶ Nota ꝙ sacerdotes in egypto ppter admirari iceperũt pbari. vidẽtes eñi eclipses solis et lune ignorãtes causas mirabant: causas earũ inqrẽtes: qb⁹ inuẽtis habuerũt sciam earũ eclipsum: eo ꝙ scire est cãm rei cognoscere. Cognita ꝗ causa cognoscit res et p ꝯñs cessat admiratio. ¶ Ascẽsius.

Cuncta que rara prouehit etas
Stupetqꝫ subitis mobile vulgus
Cedat inscitie nubilis error
Cessant profecto mira videri.





Si qs arcturi sidera nescit. Carmẽ ẽ monocolõ si tñ ad vno pede discrimen ducas poteris dicere dicolõ distrophõ. Nã prim⁹ qlqꝫ ꝟsus primũ pedez trocheũ ⁊ scõs spõdeũ. Scõs aũt primũ pedẽ iãbum hꝫ aut spõdeũ. Põt ergo prim⁹ pes eẽ spõde⁹ aut iãbus aut trochẽ⁹. ⁊ scõs spondeus aut iamb⁹ cũ syllaba abũdante. deinde semp sequit dactil⁹ cũ spondeo vel trocheo. Ostendit aũt in toto carmine ignorãtiã esse cãm admirationis. Arctur⁹ stella est quã vrse caudã interpͣtari lꝫ eo ꝙ in cauda ipsi⁹ vrse locata dicat. Nã arctos dicit vrsa et vra cauda. Bootes aũt dicit boũ actor qui ⁊ arctophylax dicit. Scribit aũt p duplex oo. Phebe et luna sicut phebus sol. Lassantqꝫ crebris pulsib⁹ era. Sic Tibul⁹. Cant⁹ et e curru lunã deducere tentat. et faceret si non era repulsa sonent. Et Iuuena. Iam nemo tubas atqꝫ era fatiget. Una laborãti poterit succurrere lune. Et Uir. in bucolicis. Carmia vel celo pñt deducere lunã. Creditũ eñi est gẽtib⁹ pcipue thessalie nisi lune eclipsis patiẽti tinnitu eris. i. peluiũ ⁊ tubarũ subueniat: ꝙ posset de celo deduci. Flamina cori. Corus prĩa longa ⁊ nõ aspirata dr vẽt⁹ q ⁊ caurus: mutat eñi au diphthõg⁹ in o longũ. Cedat inscitie ⁊c. si sic legat versus exlex erit: qꝛ due syllabe vacabũt cũ eñi inscitia sit scõa lõga non põt ibi dactylũ facere: voluit ergo quidã legere. Inscio cedat nubil⁹ error: vt si cedat vulgo inscio. Alij sic cedat inscitis ⁊c.

Arcturus bootes.

Lune ecli psis ere impedire.

¶ Prosa sexta libri quarti.



Ita est inq̃ sed cum tui muneris sit latentium rerũ causas euoluere velatasqꝫ caligine explicare rõnes queso vt hinc discernas et quoniã hoc me miraculũ maxime perturbat edisseras. Phi. Tum illa paulisper arridens ad rem me inquit oĩm quesitu maximã vocas cui vix exhausti quicq̃ satis est. Talis nanqꝫ materia est vt vna dubitatione succisa innumerabiles alie velut hydre capita succrescant nec vllus fuerit modus: nisi eas quis viuacissimo mentis igne coerceat. In hac enim de prouidentie simplicitate: de fati serie: de repentinis casibus de cognitione ac predestinatione diuina de arbitrij libertate queri solet. Que quanti oneris



Ita est inq̃. Hic incipit psa sexta huius quarti in q̃ prosa phia cõsolando Boe. assignat causas pdictorũ que vidẽtur mira in diuina gubernatione propter ignorantiã cause: ⁊ primo Boe. petit sibi explicari istas causas. et primo tangit difficultatem explicationis earũ. secũdo pmittit se velle assignare causas: ⁊ tertio eas assignat. secunda ibi. Sed quoniã. tertia ibi. Oĩum generatio. Primo Boe. concedit qđ dictũ est de ammiratiõe hominũ pter ignorantiã causarũ dĩ. Ita est inq̃. Tunc petit explicari causas admiratiõis eorꝫ q̃ contingũt in diuina puidẽtia et dispositiõe dĩ. O phia cũ euoluere. i. elucidare causas latentiũ rerũ sit tui muneris. i. tue gratie: et explicare rationes velatas caligine. i. ratiões obscuras ⁊ difficiles. queso vt hic id est õ ista difficultate discernas id est iudices: et edisseras. i. disputes: quoniã hoc miraculũ maxime me perturbat quare malis bona et bonis mala eueniant et philosophia paulisper arridens Boe. inquit ad rem maximã omniũ quesitu. i. maximã questionẽ vocas id est incitas me cũ vix q̃cq̃ exhausti satis est ei. ad quã exhauriẽdã ⁊ soluendã vix aliq̃d sufficit. Talis nãqꝫ est materia quã petis declarari vt vna dubitatione succisa. i. soluta innumerabiles alie succrescãt velut capita hydre quorũ vno ablato tria succrescebãt nec fuerit mod⁹. i. termin⁹ dubitationũ. ille sup. qui eas. s. dubitatiões nisi coerceat viuacissimo igne. i. ardẽti inuestigatiõe mẽtis. In hac eñi materia q̃ri solet de puidentie simplicitate. de serie fati: de repẽtinis casib⁹: de pdestinatiõe diuiña de libertate arbitrij: q̃ oĩa q̃ti oneris. i. difficultatis sint ad deterlandũ tuipe ppẽdis. ¶ Notã.

Sanctus Thomas.

ꝙ sapientis est scire oīa vt cōtingit ex prohemio metaphi. ⁊ cū scire sit per causas. i. posteriorū sapiētie est euoluere causas rerū latentiū: ideo di. Boe. ad ꝑhiaz. Cui mūeris est euoluere causas. ¶ No. ꝙ di. phiam paulisper sibi arrisisse: ꝑ hoc phia innuit moiē ⁊ habitū ꝑhorūq̄ audita simplicitate imperitorū arridēt eis cōgratulādo ꝙ ipsi cū auiditate sapiētiā q̄rūt. ¶ No. ſm fabulas hydra fuit serpens in lerna palude hñs plura capita quorū vno succiso tria excrescebāt quē cū Hercules sagittis

fiunt tuipse ꝑpēdis. ¶ Sz qm̄ hec ꝙ te nosse q̄dā medicine tue portio ē q̄q̄ āgusto limite tpis septi aliq̄d tñ deliberare conabimur ꝙ si te musici carmis oblectamēta delectāt: hāc opꝫ paulisper differas voluptatē dū nexas sibi ordie ptexo rōnes. B. Ut libet inq̄. P. Tuz velut ab alio orsa principio ita disseruit. ¶ Oim gñatio rerū cūctorūq̄ mutabiliū naturā ꝑgress⁹: ⁊ q̄cq̄d aliquo moueť mō cās ordinū formas ex diuie mētꝫ stabilitate sortiť hec ī sue simplicitatꝫ arce cōposita mltiplicē reb⁹ gerēdis modū statuit q̄ mod⁹ cū ipa diuie itelligētie puritate cōspiciť ꝑuidētia noiať cū vo ad ea q̄ mouet atq̄ disponit referť fatū a veteribus appellatū est.

sed quod tu dudũ dixisti sexta ꝓsa. iiij. libri. questionẽ de ꝓuidẽtia implicatã esse pluribus alijs scꝫ questionib⁹: ergo experior re. i. realiter. quero eniz an arbitrere. i. arbitreris casum oĩo aliqd sup. in rerũ natura. et quidnã arbitreris esse casum sup. in rerũ natura. ¶ No. ꝑ hoc ꝙ di. Boe. dixerat in nuit phia iam expediuisse que ad sui speculationẽ spectabant: et ita determinasse principalẽ huius libri intentionẽ. et phia vertebat cursum orationis. i. orationẽ currentẽ: qꝛ oratio phie nõ impediebatur ignorantia docẽtis: nec tarditate discentis: hãc orationẽ vertebat ad quedã alia tractanda q̃ aũt fuerunt illa. Boe. nõ exprimit qꝛ forsitã sua opiniõe nimis erãt desiderãda: vel forsitã q̃rtũ ad ꝓpositũ extranea. ¶ No. ꝙ dicit exhortationẽ phie fuisse rectã: quia phia hortat̃ ad v̾tutes ⁊ ad ꝯtemptuz fortuitoꝝ. talis aũt exhortatio q̃ fit ad bonũ ꝓsequendũ ⁊ ad malũ fugiendũ recta est. ⁊ dicit exhortationẽ phie esse dignissimaz auctoritate: qꝛ qd a sapiẽtib⁹ dicitur auctoritate sapiẽtie dignũ reputat̃. ¶ Tum illa festino inquit. Hic phia excusat se de dub⁹ opinionis vel q̃stionis determinandẽ. ⁊ Boe. illã excusationẽ remouet di. phia inqt. Ego festino absoluere id est ꝑficere debitũ ꝓmissionis ⁊ aperire tibi viã qua reueharis ad patriã. hec aũt q̃ tu queris de casu etsi pro q̃uis sunt perutilia cognitu. i. cognitiõe tñ paulisꝑ auersa sunt tramite. i. a via nostri ꝓpositi et di. paulisꝑ: qꝛ nõ sunt totaliter auersa: sꝫ aliquãtulũ incidũt ꝓmissa ⁊ est verendũ. i. timenduz ne tu fatigat⁹ deuijs. i. questiõib⁹ extraneis non possis sufficere ad emetiendũ. i. trãseũduz rectũ iter di. Boe. phia ne illud vereare: id est ne timeas: qꝛ hoc fuerit mihi loco quietis agnoscere ea quib⁹ maxime delector: ⁊ cũ omne latus. i. oĩa cõstãtia tue disputationis mihi cõstiterit fide indubitata. nihil est qd ambigat̃ de sequẽtibus. ¶ Notan. ꝙ dicit qua via reueharis patriã. hic patriã vocat beatitudinẽ quã prius inuenire docuit. illa aũt per que hõ perueniet ad ipsam sunt virtutes de quibus Boe. intendebat agere: non in hoc libro sed in vltimis libris musice sue agendo de musica humana: intentionẽ aũt suam nõ cõpleuit: qꝛ a rege Theodorico morte preuentus fuit. ¶ Tum illa morem inquit. Hic phia determinat de casu soluẽdo premissas causas et questiones. Primo soluit primã. An casus sit. Secundo secundaz. Quid sit casus ibi. Licet igit̃. Primo ostendit quid significetur per nomen casus ponendo opinionẽ quorundam: secũdo improbat illam opinionem ibi. Quis enim. Primo dicit. o Boe. ego geram tibi morem. i. confirmabo me voluntate tue et simul sic est exorsa. i. sic incepit. si aliquis diffinat quo ad nomen dicens casuz esse euentum productuz motu temerario: id est improuiso: et nulla connexione causarũ. Ego phia confirmo casum sic omnino nihil esse. et decerno. i. iudico vocẽ casus prorsus esse inanem preter significationẽ rei subiecte: sicut hec vox chimera inania est. ¶ No. ꝙ q̃uis questio si est precedit quid est fm ꝙ questio quid est querit de quidditate rei: et quid est rei nulli debetur nisi enti. tamen questio quid est querẽs de quod q̃diest nois est prima cognitio: et ideo et quo quid est nominis oportet scire de aliquo si est. Propter hoc phia ad querendũ de casu vtrũ sit vel nõ. accipit quod quid est: qd significat ꝑ nomen et dicit. Si aliqui dicit casum esse euentũ temerariũ sine omni causa productum ego video vocem casus esse inanẽ tanq̃ sibi nihil correspondeat in re. ¶ Quis enim coercente. Hic phia improbat opinionẽ istam ostendens casum nihil esse fm eam. secũdo soluit fm rei veritatem ibi. Aristo. meus. Primo ponit vnã rationẽ. secũdo aliam ibi. Nam nihil. Antiqui dicebant ꝙ casus est euentus temerarius. i. improuisus. econtra hoc arguit phia sic. Ubicũqꝫ omnia sunt prouisa ibi nihil est temerarium: sed omnia que sunt. prouisa sunt a deo: ergo inter ea que sunt nihil est temerarium. Hanc rationẽ breuiter innuit in littera di. Quis enim locus vllus põt esse reliquus: id est relictus temeritati. i. improuisioni deo coercente cũcta in ordinẽ. s. prouisum: quasi diceret nullus.

Deus. ¶ Notãdũ ꝙ oĩa a deo sunt prouisa cuius ratio est. Quocũqꝫ deus est causa: oĩa talia prouisa sunt

a deo. sed deus est causa omnis entis: ergo oīa entia a deo sunt prouisa. Qḋ aūt deus sit cā omnis entis pꝫ: qꝛ ab ipo depēdet celū ꝛ tota natura: vt pꝫ ex .xij. Metħ. ¶ Nā nihil ex nihilo existere. Hic ōndit aliam rōnē ꝓbantē ꝙ casus nō potest esse sine omni cā ꝓductus: sicut dicebāt antiq̄: et arguit sic. Qḋ est ex nihilo nihil est: sꝫ qḋ est ex nulla cā ex nihilo est: ergo qḋ ex nulla causa est nihil est: ſꝫ ſm antiquos casus est ex nulla causa: qꝛ est productus sine omni connexione causaꝝ: ergo casus nihil est. Unde dicit in lra. Uera sententia est cui nemo vnq̄ veterꝫ

potest. ¶ Nā nihil ex nihilo existere vera snīa est: cui nemo vnq̄ veterū refragat᷑ est q̄q̄ id illi nō de operāte ꝓncipio: sꝫ de materiali subiecto: hoc est de oīm natura rōnū: q̄si quoddā fundamentū iecerint. At si nullis ex causis aliq̄d oriat᷑: id de nihilo ortū esse videt᷑. ꝙ si hoc fieri nequit: nec casum quidē hmōi esse possibile ē q̄lez paulo āte diffiniuimus. Boe. Quid igit᷑ inq̄: Nihil ne est qḋ vel casus vel fortuitū iure appellari q̄at: An est aliq̄d tametsi vulg⁹ lateat: cui ista vocabula ꝯueniūt. Phi. ¶ Aristoteles meus inquit in phisicis ꝛ breui ꝛ veris ꝓpinqua rōne diffiniuit. Boe. Quonā inq̄ mo do. Phi. Quotiēs ait aliq̄d cuiuspiā rei grā geritur: aliudq̄ q̄busdā de causis q̄ qḋ intēdebat᷑ obtingit casus vocatur vt si q̄s colēdi agri cā fodiēs humū defossum auri pondus inueniat: hoc igit᷑ fortuito quidē creditur accidisse: verum nō de nihilo est. Nā ꝓprias causas habet quarū improuisus inopinatusq̄ ꝯcursus casum videt᷑ operatus. Nā nisi cultor agri humū foderet: nisi eo loci pecuniā suā depositor obruisset aurū non esset inuentum. ¶ Hec sunt igitur fortuiti cause compen-

refragat⁹ est. i. ꝯtradixerit scilꝫ ex nihilo nihil existere: q̄q̄ illi antiq̄ illā ꝓpōnem ex nihilo nihil existere iecerint. i. posuerint q̄si quoddam fundamētū nō de operante principio scꝫ deo creatore: qꝛ ille ex nihilo aliq̄d fecit: sed intellexerunt de hoc materiali subiecto. i. de tota natura fundata in materia: ꝛ exponit seipsum di. Hoc est de natura oīꝫ rōnū. i. de materia que est subiectū formarū naturaliuꝫ. Sed si aliq̄d oriat᷑ ex nullis causis id videt᷑ esse ortū ex nihilo sꝫ hoc fieri neq̄t vt aliq̄d oriatur ex nihilo: ergo nō ē possibile casū esse: huiusmodi. i. talē qualē paulo ante diffiniuim⁹ ſm antiquos: ꝙ sit euētus temerari⁹ sine ꝯnexione causarū. Quid ergo dicendum est casu q̄rit Boe. Est ne nihil in reruꝫ natura qḋ iure possit appellari casus vel fortuituꝫ vel est aliq̄d tametsi pro q̄uis lateat vulgus cui ista vocabula conueniant. ¶ Notandū ꝙ hec ꝓpositio ex nihilo nihil existere est vera in ꝯparatione ad cām particularē que in sua actiōe ꝓsupponit materiā: tñ in ꝯparatiōe ad causam vniuersalem q̄ est cā totius entis nō est vera. vnde dicim⁹ deū oīa creasse ex nihilo ꝛ fidē tenem⁹. Sꝫ antiq̄ de isto modo ꝓductiōis ꝑ creationē nō loq̄bant᷑: sed primo modo. vnde Arist. ꝑmo phisicoꝝ Impossibile est aliq̄d fieri ex his que nō sunt. in hac em̄ opinione ꝯuenerūt oēs q̄ de natura senserūt. ¶ Aristoteles me⁹ inq̄t in phisi cꝭ.

Ex nihilo nihil fieri

Hic phia soluit questionē de casu. Et ꝑmo ostēdit eā esse solutā ab Arist. ꝛ ōndit modū eius. Scḋo declarat ꝙ casus lꝫ nō habeat causas ꝑ se: habet tñ causas ꝑ accidēs ibi. Hec sunt igit᷑. Primo dicit Arist. meus. i. doctrina mea nutrit⁹ ꝛ editus diffiniuit casum in phisicis. i. in scḋo phisicoꝝ breui rōne. ꝛ ꝓpinqua veris. i. veritati. Et querit Boe. Quonā inq̄ modo. Dicit phia. Quotiēs aliq̄d geritur. i. fit grā cuiuspiā rei. i. alicui⁹ rei: ꝛ aliud obtingit q̄busdā de causis q̄ qḋ intēdebat᷑ illḋ vocabatur casus: vt si aliquis cā colendi agri fodiēs humū inueniat pōdus auri defossum. hec inuentio auri credit᷑ fortuito. i. a casu accidisse. verū ꝑ sed: talis euētus casualis nō est de nihilo. i. de nulla cā sicut dicebat diffinitio antiquoꝝ. Nā euētus casualis hꝫ ꝓprias causas quarū ꝯcursus ꝛ inopinat⁹ ꝛ improuisus supple ab eo qui aliquid fecit causa alteri⁹ rei videbit᷑ operatus esse casum: nisi em̄ cultor agri foderet humū: que supple fossio est vna causa inuētiōis auri: ꝛ nisi eo loci. i. loco depositor obruisset. i. abscōdisset pecuniā suā que est alia causa inuētionis auri: aurū non esset inuentū. ¶ Nota ꝙ casus ſm Arist. est qñ aliquid fit ꝓpter aliquē finēꝫ: vt fossio agri ꝓpter seminationē si aliquid aliud euenit ex quibusdā causis ꝓter hoc qḋ intēdebat᷑ hoc est casus: ꝛ vt inuētio thesauri casualis ē que nō intēdebatur a fossore agri. Ex quo pꝫ ꝙ inuētio thesauri est casualis: nō ideo qḋ nō est preuisa a deo: sed qꝛ nō est preuisa ab hoīe: ꝛ ita casus nihil est quo ad deum: sed est aliquid quo ad hominem preter cuius intentionē ꝛ preuisionē euenit. ¶ Hec sunt igitur fortuitui cause ꝯpendij. Hic ostendit philosophia ꝙ casus nō habet causas per se: sed per accidēs di. Hec igitur sunt cause for-

Casus

tuiti compendij.i.fortuiti euētus qḋ fortuitū cōpendiū euenit ex causis obuijs ⁊ cōfluētibus nō ex intētione gerētis. Non em̄ ille qui aurū obruit: vel qui agrū exercuit.i.fodit intēdit vt ea pecunia reperiret: sed vt dixi p̄tēdit gerētis intētionē euenit hūc fodere quo ille obruit pecuniam: ⁊ occurrit sup. inuētio pecunie. Nota q̄ causa efficiens nō agit nisi moueat a fine. finis aūt nō mouet nisi fm q̄ est in intētione: ⁊ ideo respectu illi⁹ effectus q̄ est in intētione agēs est cā p se si aliq̄d contingat in actōne p̄ter intentionē agent̄ ill⁹ agēs est cā p accidēs: et sic casus q: cōtingit p̄ter intentionē agent̄ nō habet causam agentē p se: sed p accidēs. Licet igitur diffinire. Hic p̄hia soluit scd̄am questionē ostēdendo q̄d sit casus. Cōcludit ergo diffinitionē ei⁹ ex iam dictis dicens. Licet igit̄ diffinire casum esse euentū inopinatum ex causis cōfluētibus in his q̄ geruntur ob aliq̄d aliud. Tūc ostēdit quō effectus casualis cadit ab ordine p̄uidentie. Dictū est em̄ q̄ casus p̄uenit ex causis cōfluētib⁹. Quod aūt cause cōfluant: hoc p̄uenit ex ordine p̄uidentie. vn̄ dicit. Causas vo cōcurrere ⁊ cōfluere facit iste ordo sup. fatalis p̄cedēs ineuitabili cōnexione scʒ causarum q̄ descendēs sup. ordo de fonte p̄uidentie cuncta disponit suis tēporib⁹ ⁊ locis. ¶ Nota q̄ diffinitio casus est bona: q: per eam casus distinguit̄ ab alijs: per hoc q̄ casus est euētus inopinatus excludit̄ effectus necessario euenīēs vel vt frequēter: sicut sol em̄ oriri vel hoīem nasci cum quiqʒ digitis in vna manu: talia nō eueniūt casualiter ⁊ inopinate per hoc qḋ d̄r ex cōfluētibus causis excludit̄ casus p̄mo modo dictus: qui fm antiquos ponebatur produci ex nulla cōnexione causarū. per hoc autē quod dicit̄ in his que geruntur ob aliquid aliud. per hoc excludit̄ a casu casualitas per sensus em̄ ⁊ fortuna sunt cause per accidēs ⁊ fiunt preter intentionem agentis.

dij qḋ ex obuijs sibi cōfluētibus causis nō ex gerētis intētione p̄uenit. Neqʒ em̄ vel qui aurū obruit vel qui agrū exercuit vt ea pecunia reperiret intēdit: sed vti dixi q̄ ille obruit hūc fodisse cōuenit atqʒ cōcurrit. ¶ Licet igitur diffinire casum esse inopinatū: ⁊ ex cōfluētib⁹ causis in his q̄ ob aliquid gerūtur euētum. Cōcurrere vero atqʒ cōfluere causas facit ordo ille ineuitabili connexione p̄cedens qui est de p̄uidentie fonte descēdēs cunctas suis locis temporibusqʒ disponit.

¶ Ascensius.





Ixerat orationisqʒ cursum ad alia quedam tractāda ⁊ expedienda vertebat. dixerat recte dicit: quia qui perorāt.i.finē orationis faciūt dicunt in fine dixi: quia ergo philosophia materiā acceptam quodāmodo finierat sese ad alia vertens: bene dicit auctor ex persona sua. Dixerat supple philosophia: ⁊ cursum orationis: hoc quoqʒ recte dicit: quia debet oratio nō lente ingredi neqʒ volare: sed currere.i. medio modo se inter p̄sam.i. locutionē prorsus solutā ⁊ metrū poemati habere. ¶ Implicatam esse se-

Morem gerere.

pius implicitatem leges q̄ multiplicatam: sed neutrum caret auctoritate. Morem gerat: id est voti is tuis anniuam. Etenim is moriger ⁊ morem gerit: qui ⁊ institutum vite sic gerit vt alteri placeat. Simulqʒ sic exorsa est: id est incepit loqui: venit enim ab exordio. non itaqʒ legendum exorta vt exhorta: vt scriptum in quibusdam inueni. Cetera dilucida sunt.

Sanctus Thomas.



Upis achemenie scopulis. Istud est primum metrū istius quinti qḋ d̄r metrum elegiacū. Et primū metrum est dactylicum hexametrū. Secundū ē anapesticū penthametrū: vel dactylicū pēthametrū. In quo philosophia ostēdit quomodo euentus casualis se habet ad p̄uidētiam diuinā. ¶ Est aūt materia exēplificata q̄ Tigris et Eufrates sunt duo fluuij ab eodem fonte p̄cedentes qui postea ab inuicem diuidūtur. et si iterum cōcurrant necesse est naues ⁊ alia que per ista fluuia deferūtur cōcurrere: quiquidē concursus prouenit inquātum regūtur de cursu istorū fluuiorum: ⁊ tamē est preter intētionem istorum qui regūt naues. Eodem modo cōcursus causarum casualis q̄uis sit preter intentionē ipsorum agentium: tamē cōcurrūt fm defluxum ordinis fatalis ex regimine p̄uidētie. ⁊ q̄uis nobis ignorantib⁹ ordinem prouidentie videatur aliquid casuale ⁊ fortuitum: tamen in comparatione ad deum sunt omnia ordinata ⁊ prouisa. Unde dicit in littera. Tigris ⁊ Eufrates resoluūt sese vno fonte scopulis .i. concauitatibus rupis achemenie.i. montis parthie: vbi scʒ in parthia fugax pugna versa spicula id est sagittas figit pectoribus sequētium. Est enim consuetudo parthorum q̄ fugiendo pugnant

¶ Metrum primū quinti libri.



Upis achemenie scopul' vbi versa sequētis
Pectorib⁹ figit spicula pugna fugax.
Tigris ⁊ eufrates vno se fonte resoluūt:
Et mox adiunctis dissociantur aquis.

sagittando a tergo contra insequentes ꝛ mox id est post paruum spacium tigris ꝛ eufrates dissocia tur adiunctis aquis supple al ꝗs: ꝛ si dicti fluuij iterum coeant id est conueniant ꝛ reuocentur in vnū cursum confluat id est oportet confluere aliud quod vnda alterni vadi id est vtriusqꝫ fluminis trabit id est secum ducit ꝛ conueniant puppes ꝛ trunci vulsi.i.eradicati flumine.i. per flumen: et vnda mixta id est confluens implicet.i.implicabit fortuitos modos; qꝛ vnda faciet ꝯcurrere fortuitu naues ꝛ truncos. quos tamen vagos casus id ē casualis euentus regit ipsa decliuia terre id est depressio terre dās viam fluuio: ꝛ defluus ordo lapsi gurgitis id est currētis aque regit illos vagos cursus: et ita est de euentu casuali respectu prouidentie. vnde dicit. Fors id ē casus vel fortuna que videt̄ fluitare permissis habenis id est sine regimine ulla patitur frenos id est regimina ꝛ meat id est transit ipsa lege id est ꝑ ipsam legem diuine ꝓuidentie. ¶ Nota ꝙ scribit̄ in Genesi. Tigris ꝛ eufrates sunt flumina quorum ort⁹ est in paradiso. Sꝫ hieronim⁹ auctoritate Salust. ꝙ ortus tigris ꝛ eufratis demōstratur in armenia.i. in parthia: cui videtur Boe. consentire. beatus aūt Augu. sup genesim ad litteram suam cōtrarietatem cōcordat di. Illud ꝯtingit. in istis fluminibus qđ in alijs experimur.s. ꝙ aliqn̄ absorbentur a terra: ꝛ iterum oriūtur: ꝛ qꝛ hec sepe possunt cōtingere: ideo de ortu ipoꝝ fluuioꝝ diuersa possunt dici. qn̄ enī Moyses dicit in genesi ꝙ oriūtur in paradiso; pōt intelligi dē prima origine eorum: sed ꝙ dī ab alijs ꝙ alibi oriūtur: pōt intelligi de ortu eoꝝ secūdario. ¶ Notandum ꝙ parthia est regio quedam que alio noīe dicit̄ armenia. Unde dicūtur hoīes parthi qui vincūt hostes suos fugiēdo sagittas a tergo mittendo: et sic amor vincend⁹ est fugiendo. Unde poeta dicit. Qua specie martis cedit victoria parthis. Cipris ea parte simul quoqꝫ vincitur arte. Cipris.i. venus que colebatur in cipro. Et pauper henricus. Proscribas igitur gladijs et fustib⁹ ipm sup. amorē. Et fugiendo fuga que fuga sola fugat.

Tigris | Parthia.

Si coeant cursumqꝫ iterum reuocentur in vnum.

Confluat alterni quod trahit vnda vadi

Conueniant puppes ꝛ vulsi flumine trunci

Mixtaqꝫ fortuitos implicet vnda modos:

Quos tamen ipsa vagos terre decliuia casus

Gurgitis ꝛ lapsi defluus ordo regit

Sic que permissis fluitare videtur habenis

Fors patitur frenos ipsaqꝫ lege meat.

¶ Ascensius.

Rupis achemenie ꝛc. Carmen est elegiacum sicut primum primi libri. Cuius sententie satis bene in superiori commento enodate sunt Achemenes fuit teste herodoto libro hystoriarū quarto. Primus persarū rex a quo postea reges omnes persie vsqꝫ ad darium descenderunt. Dicitur ergo hic achemenia rupes: id est partica que est in persia vel in perside. Nam et persis et pertia parthorum regio denominatur et perthia. Quod autem eum modū fugiendi et per fugam simulatā hostem insequentes sagittis petendi habeāt multi docēt. Uñ Uirg. tertie georgicoꝝ. Fidentēqꝫ fuga parthū versisqꝫ sagittis ꝛc. Ad cuius imitationē hic dicit versa spicula. Nam ly versa non recte adijcietur ly pugna. vitiosum enī esset dicere. Pugna fugat versa. Duo enī adiectiua plena non patitur latina lingua sine coniunctione media. Ordo igit̄ est. Tigris et eufrates resoluūt se vno fonte in scopulos rupis achemenie.i. parthice: vbi pugna fugax.s. parthoꝝ figit spicula versa.i. obuersa in pectoribus sequentum.i. insequētium hostium. Dicitur aūt parthi ipoꝝ lingua: vt docet iustin⁹ exules: quia exules veniebant ex scithia oriētali: habentēqꝫ sermonē mixtum ex scythico ꝛ medo. Oēs equitare ꝛ sagittare magna industria docent liberos suos. Auri autem ꝛ argenti nullus ipsis olim vsus erat: nisi in armis. habent plures vxores: ꝛ nulla delicta aut peccata grauius puniūt ꝙ adulteria. Habent ꝛ alia instituta que nihil ad presens faciunt. Tigris a velocitate seu a sagitta dictus fluuius est armenie: sed sepe in lacus recipitur: et nōnunꝙ occultatur. Unde Seneca in troade. Et qui renatus prorsus excipiens diem. Templum rubente tigrum immiscet freto. Quos autem apud parthos sit ostendit illud Buccolicum. Aut ararim parthus bibet aut germania tigrum. Terre decliuia: id est decliuitas Sors patitur frenos. Legitur et quidem melius fors: id est fortuna vel casus.

Achemenes. | Parthi. | Tigris

¶ Prosa secūda quinti libri.

Animaduerto inquā idqꝫ vti tu dicis ita esse cōsentio. Sed in hac herentiū sibi serie causarū ē ne vlla nr̄i arbitrij libertas an ipos qꝫ humanoꝝ motus aioꝝ fatalis

Animaduerto inq̄. Hic incipit secūda prosa huius quinti in qua incipit determinare de ꝯueniētia liberi arbitrij ad ꝓuidētiā diuinā. Et pmo qrit an liberū arbitrium possit stare cum ꝓuidentia diuina. Et philosophia probat liberū arbitrium esse. Secūdo ostendit quomodo

Sanctus Thomas.

cathena cōstringit. Phi. Est inq̄t neq̨ eñ fuerit vlla rōnabilis creatura q̄ n eidē libertas assit arbitrij. Nam qd rō vti naturalr' pōt: id hʒ iudiciū q̄ q̄q̨ discernat p se igit fugiēda optādaue dignoscit. Qd vo q̄s optādū iudicat esse petit refugit vo qd estimat esse fugiendum. Quare quib' inest rō: illis etiā inest volendi nolendiq̨ libertas. ¶ Sed hāc nō in oib' equā esse constituo. Nā supnis diuinisq̨ substātijs et pspicax iudicium et incorrupta voluntas et efficax optatoꝝ presto est ptās. Humanas vero aias liberiores quidē esse necesse ē cū in mētis diuine speculatōe se cōseruāt: min' vero cū dilabūtur ad corpa minusq̨ etiā cū terrenis artub' colligant: extrema vero est seruit' cū vitijs dedite rationis ppric possessiōe ceciderint. Nā vbi oculos a summe luce veritatis ad inferiora et tenebrosa deiecerint mox inscitie nube caligātur: pniciosis turbāt affectib'. Quib' accedēdo cōsentiēdoq̨ quam inuexere sibi adiuuant seruitutē. et sunt quodāmodo ppria libertate captiue.

diuersificat in diuersis. Et tertio ostēdit actus liberi arbitrij cadere sub puidentia diuina. Secūda ibi. Sed hanc. Tertia ibi. Que tñ. Primo dicit. Aiaduerto inq̄. i. cognosco quō casus stat cū prouidentia: ita cōsentio sicut dixisti. Et querit Boe. Est ne vlla libertas arbitrij in hac serie causarū sibi herentiū: aut fatalis cathena. i. fatalis necessitas cōstringit motus. i. affect' hūanoꝝ aioꝝ. Tūc pbia pbat liberū arbitriū eē di. Libertas arbitrij est nō obstāte pdicta cōnexione causarū: neq̨ eñ fuerit i. esse poterit vlla rōnalis creatura q̄n libertas arbitrij eidē assit et accipit natura large p oīm illo qd hʒ cognitiōes itellectiuā. pbat aūt q oī nature rōnali insit liberū arbitriū di. Istud qd potest naturaliter vti rōne hoc habet iudiciū quo discernat. vnūquodq̨ igitur p se dignoscit. i. discernit fugiēda et optāda. Qd aūt q̄s iudicat optandum id petit id est psequitur et refugit illō quod estimat esse fugiendū: q̄re q̄b' inest rō illis inest libertas volendi et nolēdi pōt q̄ rō sic formari. Oīne qd pōt vti rōne habet iudicium cognoscēdi fugiēda et optanda sed quod q̄sq̨ iudicat optandū prosequit: et qd iudicat fugiendū hoc refugit. ergo oē qd pōt vti ratione hʒ libertatem volēdi et nolendi. ¶ Nota. q dicit illud qd vtit rōne hʒ iudiciū quo discernat vnūquodq̨ hoc dicit ad differentiaʒ iudicij naturalis qd est brutis: quo nō iudicat vnūqdq̨ agendū sed aliqd pticulare: sicut ouis non iudicat de quolibet fugiēdo: sʒ tm̄ de lupo: et apes nō habent industriā ad faciendū aliquod opus: nisi ad fauos mellis sed iudicium rōnis est de quolibʒ que agūtur. ¶ No. q dicit habēs rōnis iudicium p se iudicat prosequendum vel fugiendum. lʒ eñ bruta quodāmodo cognoscāt fugiēda vel psequēda nō tñ p se: qz nō sunt cā iudicij. hō autem nō solum cognoscit finem et ordinata in finem: sed cognoscit ea vniuersaliter vel per modum collationis: vel p modū sillogisticum etiam homo suum iudiciū iudicat et discernit: puta intellectus est virtus conuersa supra se. ¶ Sed hanc. Hic ostendit pbia quō liberum arbitriū diuersificatur in diuersis scʒ in angelis et hoibus dicēs hāc scʒ libertatem arbitrij non constituo esse equam. i. equalem in omnibus: qz maior est in substātijs diuinis q in hominibus. Nam supnis et diuinis substātijs inest pspicax iudicium. i. infallibile iudiciuʒ et: inest eis incorrupta volūtas. i. inflexibilis ad malū et in eis est presto. i. parata efficax potestas optatorū: qz non est in eis impedimētum executionis. humanas vero aias necesse est eē liberiores quādo conseruāt se in speculatione diuine mētis. minus vero libere sunt cum dilabūtur ad corpora. i. ad curam rerum corpaliū: et adhuc minus libere sunt cum colligātur terrenis artubus. i. affectibus quibus minus resistere possunt passionibus insurgentibus. Extrema vero: id est maxima est seruitus animarū q̄n dedite vitijs ceciderint a possessione ppriе rationis qua regi. i. dirigi debeant in agēdo. Nam vbi. i. postq̄ anime deiecerint oculos rōnis intellectus a luce summe veritatis ad inferiora et tenebrosa. i. ad terrena et carnalia mox colligātur. id est obscurātur nube inscitie. i. ignorantie et turbātur pniciosis affectib'. i. passionib': quibus accedēdo et cōsentiendo adiuuāt. i. augmentāt seruitutē quā sibi inuexere. i. induxerūt: et anime viciosoruʒ sunt quodāmodo captiue ppria libertate. ¶ Notandū q liberū arbitriū est libertas iudicādi et exequēdi res vel fm Boe. super primo periarmenias. liberū arbitriū est de volūtate iudiciū animi nullo extrinseco aut violenter cogente aut violenter impediente: nullo cogente ad faciendū quod displicet: nullo impediente non fiat quod placet. ¶ Notandū q liberum arbitriū in duobus cōsistit: et in libertate iudicandi et in libertate exequendi iudicata. Primum scilicet libertatem iudicandi impedit ignorātia: sed libertatem exequēdi impedit impotētia executionis et corruptio volūtatis: q̄q̨ enim possumus bonuʒ

Liberū arbitrium.

perficere: tamen volūtate corrupta vitio nō pficimus. In substātijs aūt separatis nō est ignorantia iudicandi nec impotētia pficiendi nec corruptio volūtatis: ergo in eis est maxima libertas arbitrij. Intelligentie enī in nullo fallūtur: ergo habent perspicax iudiciū: ⁊ nunꝙ volunt nisi bonum: ergo inest eis incorrupta volūtas ⁊ possunt perficere quicquid desiderāt: ergo in eis est efficax potestas optatorū. ¶ Notandū ꝙ quidā dixerūt fuisse de intētione platonis aīas humanas simꝉ esse creatas in celo et postea descēdere in corpora ⁊ ī eis detineri tanꝙ in vinculis ſm illos gradus libertatis animarū humanarū quas ponit in lr̄a sic distinguiꝉ. scꝫ ꝙ aīe cum sint in celo create in cōtēplatōne diuine mētis sunt maxime libere cum aūt iam sint colligate corporibus adhuc sunt minus libere: sed minima libertas est in eis qn̄ subduntꝉ vitijs.

¶ Que tamen ille ab eterno cuncta prospiciēs prouidentie cernit intuitus ⁊ suis queqꝫ meritis predestinata disponit id est omnia videt et omnia audit.

Ista tn̄ expositio nō tenet ſm veritatē: ideo aliter exponiꝉ ꝙ illas aīas necesse est eē liberiores que cōtemplationi diuine seruiūt: vt anime v̄tuosoꝝ cōtēplatiuoꝝ: quoꝝ conuersatio in celis est. Ille aūt sunt minus libere que dilabunꝉ ad tp̄alia. i. q̄ descendūt ad curā rerū temporaliū sicut sunt practici qui negociant circa bona tp̄alia ad cōem vtilitatē dispēsando: adhuc minꝰ libere sunt aīe que terrenis artibus colligant. i. que descendūt ad curandū ꝓpriū corpus ⁊ ꝓpriā vtilitatē: minime aūt libere sunt que subdite vitijs rōnem admittūt. vitiosus enī nō vnius tn̄ dn̄i est seruus sed tot dn̄oꝝ quot vitioꝝ. ſm Aug. ¶ Que tn̄ ille. Hic ostendit pħia quō actus liberi arbitrij cadunt sub ꝓuidentia diuina: qꝛ ꝓpter hoc quod diuina cognitio se extēdit ad oīa dicta: que oīa dicta q̄ ad diuersos gradus libertatis: ⁊ quo ad oēs actus inde ꝓueniētes cernit ille intuitꝰ ꝓuidentie diuine cūcta ꝓspiciens ⁊ queqꝫ ꝑdestinata disponit suis meritis reddēdo bonis bona ⁊ malis mala: et hoc cōfirmat auctoritate greca q̄ sonat in latino. Oīa videt deus ⁊ oīa audit: vel ſm alios sonat. Deus illustrat oīa clarius ꝙ sol. ¶ Notandū ꝙ licꝫ diuina ꝓuidentia ab eterno oīa ꝓspexit: non tn̄ ꝓpter hoc necessitatur liberum arbitriū ad faciendū bonū vel malum: quia ſm Aristote. iij. Ethicorum. Homo est dn̄s suarum operationū a principio vsqꝫ ad finem. Et ergo ſm merita operationū liberi arbitrij recipit penam vel premium. ¶ Ascensius.



Animaduerto inqꝫ ⁊c. Aduerto. i. ꝯsidero quasi aīm ad id verto ⁊ applico. Sꝫ in hac herentiū. De libertate arbitrij nō solū apud theologos nr̄os: sed etiam apud veteres pħos magna semꝑ fuit disputatio. Unde Aulius gelius li. vi. c. ij. Fatum inqꝫ Chrisippus stoice ꝑnceps pħie sic diffinit. Fatum est sempit̄na quedā ⁊ indeclinabilis series rerum ⁊ catena voluēs semetipsa sese ⁊ implicans ꝑ eternos ꝯsequētie ordines ex q̄bus apta cōnexaqꝫ est. Aliarū autem opinionum disciplinarūqꝫ auctores huic diffinitioni ita obstrepunt. Si chrisippus inquiūt fato putat oīa moueri: ac regi nec declinari transcēdiqꝫ posse agmina fati ⁊ volumina pctā quoqꝫ hoīm ⁊ delicta nō subsistēda neqꝫ cōdicenda sunt ipsis voluntatibusqꝫ eoꝝ: sed necessitati cuidā ⁊ instantie que oritur ex fato: oīmqꝫ reꝝ dn̄a ⁊ arbitra ꝑ quam necesse sit fieri quicq̄d futurū est. Et ꝓpterea nocentiū penas legibus inique cōstitutas si hoīes ad maleficia nō sponte veniūt: sed fato trahunꝉ. Cōtra ea Chrisippꝰ tenuit multa ⁊ argute differit que sup ea scripsit: sententia hmōi est. Quanꝙ ita sit inqꝫ vt rōne ꝑncipali quadaꝫ necessario coacta atqꝫ cōnexa sint fato oīa: ingenia tn̄ ip̄a mentiū nostrarū ꝑinde sunt fato obnoxia: vt ꝓprietas eoꝝ est ipsa ⁊ qualitas. Nam si sunt ꝑ naturam primitus salubriter vtiliterqꝫ ficta oēm illā vim q̄ de facto extrinsecus ingruit inoffensius tractabiliusqꝫ transmittūt. Si v̄o sunt aspa ⁊ inscita ⁊ ruda nullisqꝫ artiū bonarū adminiculis fulta: ⁊ si paruo siue nullo fatalis incōmodi cōflictu vrgeanꝉ: sua tn̄ leuitate ⁊ voluntario impetu in assidua delicta ⁊ in errores ruūt. Idqꝫ ip̄m vt ea rōne fiat naturalis illa ⁊ necessaria rerum cōsequētia efficit que fatum vocaꝉ. Est enī in genere ip̄o quasi fatale ⁊ ꝯsequēs vt mala ingenia pctīs ⁊ erroribus nō vacēt. Huius deinde rei exēplo nō hercule nimis aliene neqꝫ illepide vtitur. Sicut inqꝫ lapidē cylindrū si per spacia terre prona atqꝫ dirruta iacies: cām quidem ei ⁊ initiū ꝑcipitātie feceris: mox tn̄ ille ꝑces volutꝉ: nō quia id iam facis: sed qm̄ ita sese modus eiꝰ et forme volubilitas habet. Sic ordo ⁊ rō ⁊ necessitas fati genera ipsa ⁊ ꝑncipia causarum mouet: impetus v̄o consilioꝝ mentiūqꝫ nostrarū actionesqꝫ ip̄as: volūtas cuiusqꝫ ꝓpria ⁊ animoꝝ ingenia moderanꝉ. Infert deinde verba hec his q̄ dixi ꝯgruētia. Quāobrem a pythagoreis sic dicaꝉ. Nosces hoīes spōtaneas haurire calamitates: quasi detrimēta singulis a seipsis fiant ex suo impetu delinquant ⁊ incōmoda ruant sua volūtate atqꝫ ꝓposito. Propterea negat oportere ferri audiriqꝫ hoīes aut neqꝫ aut ignauos ⁊ nocentes ⁊ audaces: qui quum in culpa ⁊ maleficio reuicti sunt perfugiunt ad fati necessitatē tanꝙ inqꝫ in aliquod fani asylum ⁊ que pessime fecerūt ea non sue temeritati: sꝫ fato esse attribuēda dicūt. Primus aūt homo ⁊ sapiētissimus ⁊ antiquissimus poetarū dixit in hysce versibus: hei mihi quid damnāt mortales numina celi. Esse aūt ex eis per nos mala: cum tamē ipsis. Uecordi preter fatum sint mēte dolores. Itaqꝫ. M. Cicero in libro quem de fato scripsit quū questionē istam diceret obscurissimā esse ⁊ implicatissimaꝫ. Chrisippum quoqꝫ pħm non expedisse se in ea refert his verbis. Chrisippus estuans laboransqꝫ quonam pacto explicet et fato omnia fieri et esse aliquid in nobis intricatur hoc modo ⁊c. A. gelius vbi supra. Sed ad auctorem reuertor.

Fatum

Arbitrij libertas

Est ne inquit. Melius respōsiue legas sic. Est inquit. Neq; rc. Quo quicq; discernat. Scq; legendū est non quoq;. Non eī additur substantiuū: sed quoq; adiectiuū est sicut quod aliquod et similia: ⁊ ita substantiuum desiderant. quicq; autem quid aliquid ⁊ similia sine substantiuo ponuntur aut substantiuū in genitiuo regunt. Supplent eī vicem substantiuorū. Artubus a nominatiuo artus per u. scribitur: quia artibus a nominatiuo artes declinatur. Cetera patent.

Qō et qd.

Sanctus Thomas.

Uro clarū lumine phebum. Istud est metrū scdm huius quīti quod dicitur archiloicū ab inuētore: dactylicum a pede predominante. In quo phia cōmendat excellentiā diuine cognitionis in cōparatione ad solē materialē di. homer⁹ oris melliflui. i. dulcis eloquētie canit. id ē describit phebū. i. solem clarum puro lumine. forsan eī homer⁹ fecit librū de claritate solis: q̄ scz sol non valet prorūpere. i. penetrare intima viscera. i. pfunda terre: ⁊ pelagi. i. maris infirma. i. debili luce radiorū. haud sic. i. nō sic habet se cōditor magni orbis: scz deus: sed ipse sua cognitiōe penetrat oīa cum nihil possit ipm latere huic scz cōditori tuēti. i. respicienti cuncta ex alto. i. celo terre sibi resistūt nulla mole. i. magnitudine: sicut obsistunt radij solis nec etiam nox obscura obstat sibi atris nubibus: immo in vno ictu mentis. i. in vno mentali intuitu cernit que sunt quātum ad psentia: que fuerunt quātum ad preterita que veniūt quātum ad futura quē scz cōditorē respicit oīa solus: tu possis dicere verū solem.

Metrum secūdū quinti libri.



Uro clarum lumine phebum
Melliflui canit oris homerus:
Qui tamen intima viscera terre
Non valet aut radiorum
Infirma prorumpere luce:
Haud sic magni conditor orbis
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terre mole resistunt
Non nox atris nubibus obstat:
Que sint que fuerint veniantq;
Uno mentis cernit in ictu:
Quem quia respicit omnia solus
Uerum possis dicere solem.

Notandū lz deus oīa cognoscēdo preuideat etiā illa que fiūt ex libero arbitrio. voluit tñ quasdam creaturas esse liberi arbitrij: qz hoc magis decet diuinā bonitatē. sicut eī meli⁹ ⁊ nobili⁹ est regnum in quo nō tantū seruit regi a huis: sed etiā a liberis q̄ vbi tantū seruit a huis: sic melius erit regnus dei ⁊ decētius ex hoc qō sunt alique creature libere seruiētes: sicut homo et angelus q̄ si essent sole creature seruiliter operātes cuiusmodi sunt oēs creature preter hoiem ⁊ angelū: que ex determinatione nature necessitātur ad sua opera.

Ascensius.

Uro clarum rc. Carmen iam sepe descriptum est. vult autē ostendere deum dici proprie solem. Cum enim sol interpretetur solus omnia lustrans: ⁊ multa sint que naturalis sol non penetret: lz dicatur quarto Eneidos Sol qui terrarum flāmis opera omnia lustras. cōsequens est solum deum cui nihil est absconditum ⁊ qui solus omnia lustrat vere verum solem dici. Quiletiam Plinius et Macrobius solem solum deū esse putant et ei omnia numina contribui: sed nihil ad presens negocium facit: cū satis sit ostendisse deum solum cuncta videre non solem naturalem.

Deus sol

Sanctus Thomas.

Um ego en inq̄ difficiliori rursus. Hic incipit tertia prosa huius in qua Boe. obijcit ptra pdicta ostendēs nō posse simul stare puidentiā et liberum arbitriū. Et pmo pmittit q̄ dicta possunt habere dubitationē. Secūdo ponit rōnes dubitatōis ibi. Nimiū inq̄. Primo dicit. Tum pro tūc sumitur. Dicit phia. Ego Boe. inq̄. O philosophia rursus ego confundor difficiliori ambiguitate: ⁊ querit philosophia. Quenam est ista ambiguitas. iam eī cōiecto. i. iudico quibus tu cōturbare. i. perturbaris. Notandū q̄ cōiectare est ex aliquibus signis aliquid putare. Et sic philosophia cōiectat per locū a cōiter accidētibus dubitationem Boe. quia cōmuniter quicūq; loquebātur de prouidētia et libero arbitrio dubitāt de compossibilitate eorum.

Prosa tertia quinti libri.



Um ego en inq̄ difficiliori rursus ambiguitate cōfundor. Phi. Quenā inquit est ista: iam eī quibus cōturbare cōiec

Cōiectare

¶ Nimiū inq̄. Hic Boe. exprimit suā dubitationē ostēdens puidentiā ⁊ liberū arbitriū esse incōpossibilia. Primo facit hoc. Scḋo excludit quasdā vias quib⁹ aliqui conabātur defendere puidētiam ibi. Quid igit. Ad pbandū ergo impossibilitatē pdictoꝝ ponit tres rōnes. Scḋa ibi. Ad hec. Tertia ibi. Postremo. Primo ponit primā rōnem. Scḋo excludit quandā solutionē eius ibi. Neq; enī vl' factum est aliud. Primo dicit. Nimiū videt aduersari ⁊ repugnare deū prenoscere vniuersa et esse vllum libertatis arbitriū. qḋ autē repugnat pbat. Nam si deus pspicit cūcta neq; vllo modo falli potest necesse est euenire illḋ qḋ puidentia puiderit esse futurum quod si nō eueniret falleret puidentia: quare si ab eterno nō modo. i. non tm̄ facta hoīm: sed etiā consilia ⁊ volūtates pnoscit nulla erit libertas arbitrij: sed oīa euenirent ex necessitate. Qḋ aūt deus sua puidentia oīa pnoscat declarat. Neq; enī poterit existere aliquod factum vel aliqua volūtas nisi quā presenserit. i. psciuerit puidentia diuina nescia. i. nō potēs falli: nec possunt aliter euenire q̄ preuisa sunt. nam si valent detorqueri aliorsum. scꝫ vt aliter eueniant q̄ preuisa sūt nō erit iā firma prescientia dei: sed potꝰ erit incerta opinio qḋ iudico nephas credere de deo. ¶ Nota q̄ ex littera sic format ratio. Illa que puidentur infallibilit' de necessitate eueniūt: sed oīa puident a deo infallibilit': ergo oīa de necessitate eueniunt: ⁊ sic perit libertas arbitrij. ¶ No. q̄ scientia dei nō est opinio q: opinio est eoꝝ que sic ⁊ aliter se possunt habere ex pmo posterioꝝ. Sciētia aūt dei est eoꝝ que nō possunt se aliter habere: ergo scientia dei nō est dicēda opinio. ¶ Neq; enī illam pbo ratōes. Hic pbia excludit quādam rñsionem que posset dari ad pdictā rōnem ⁊ primo ponit eā. scḋo eam excludit ibi. Quasi vero. Primo dicit. Neq; el pbo. i. approbo illā rōeꝫ id est rñsionem qua quidam credunt posse dissoluere nodum: id est difficltatē questiōis. Aiūt enī nō ideo qḋ venturū qm̄ puidētia pspexerit illud esse futurū. i. venturum sed potius ecōtrario. i. ecōuerso qm̄ qḋ futurum est illḋ non posse latere prouidentiam diuinam quasi dicat euentus rei est causa prescientie ⁊ non ecōuerso: ⁊ ideo ex euentu debet concludi necessitas prescientie non ecōuerso sm̄ eos: ⁊ isto modo necessarium est hoc quod cōcludit de euētu relabi in contrariam ptem. s. qḋ concluditur de euentu hoc concludat. de prescientia. Neq; enim necesse est contingere que puidentur sm̄ eos: sed ea que futura sunt necesse est prouideri. ¶ Notandum q̄ prior ratio pretendebat q̄ omnia futura de necessitate eueniunt q: deus futura infallibiliter preuidet. respōsio autē quorundā dicit cōtrarium. Dicit enī nō ideo q: deus preuidet futura necessario eueniunt: sed quia futura sunt iō deus ea preuidet. ¶ Quasi vero q̄ cuiusq; rei causa sit prescientia. Hic excludit istam respōsionē di. ista rñsio pcedit quasi laboraret q̄rendo cuius rei causa sit prescientia: vtrum sit causa necessitatis futuroꝝ vel verū necessitas futuroꝝ sit cā puidētie: sed non nitamur. i. laboramus hoc demonstrare. s. necessarium esse euentum rerū pscitarū quoquo mō. i. quocūq; modo se habeat ordo causaꝝ. Et si p quis prescientia non videatur inferre necessitatem

cto. Boe. ¶ Nimiū inq̄ aduersari ac repugnare videtur pnoscere vniuersum deū: ⁊ esse vllū libertatis arbitriū. Nā si cūcta pspicit deus neq; falli vllo modo potest: euenire necesse est qḋ puidētia futurū esse preuiderit. Quare si ab eterno nō facta hoīm modo: sꝫ etiā cōsilia volūtatesq; prenoscit: nulla erit arbitrij libertas. Neq; enī vel factū aliud vllū vel qḋlibet existere poterit voluntas: nisi quam nescia falli puidētia diuina presenserit. Nā si aliorsum q̄ preuisa sunt detorqueri valēt: nō iam erit futurū firma prescientia: sꝫ opinio potius incerta: qḋ de deo credere nephas iudico. Neq; enī illā pbo rationē qua se quidā credunt hūc q̄stionis nodū posse dissoluere. Aiūt enī non ideo quid esse euenturū: qm̄ id puidentia futurū esse pspexerit: sed ecōtrario potiꝰ: qm̄ qḋ futurū est id diuinā puidentiā latere nō posse eoq; modo necessariū est hoc in cōtrariā relabi partē. Neq; enī necesse ē cōtingere q̄ puidētur: sed necesse est que futura sunt puideri. ¶ Quasi vo q̄ cuiusq; rei causa sit prescientia ne futuroꝝ necessitas sit an futuroꝝ necessitas causa puidentie laboretur: ac non illud demonstrare nitamur quoquo modo se habeat ordo causarū: necessariū esse euentum prescitarū rerū. Et si prescientia futuris rebus eueniendi necessitatē nō videat inferre etenī

si quispiā sedeat opinionē q̄ eū sedere cōiectat verā esse necesse ē. atq̧ cōuerso rursus si de quopiā vera sit opinio qm̄ sedet eū sedere necesse ē. In vtroq̧ igit̄ necessitas inest. In hoc q̄dē sedēdi: at vo in altero vitatis. Sed nō idcirco q̄sq̧ sedet qm̄ vera est opinio sȝ hec pot⁹ vera est qm̄ quēpiaȝ sedere p̄cessit. Ita cū causa veritatis ex altera pte procedat inest tm̄ cōmunis i vtraq̧ necessitas. Similia de prouidētia futurisq̧ reb⁹ rōcinari prȝ. Nā etsi idcirco qm̄ futura sunt ꝓuident̄ nō vo idō qm̄ prouident̄ eueniūt nihilomin⁹ tn̄ a deo vel vētura prouideri vel ꝓuisa euenire necesse ē: qd̄ ad perimendā arbitrij libertatē solū satis ē. Iā vero q̄ ꝑposterū est vt eterne prescientie tpaliū rez euentus causa esse dicat̄. Quid est autē aliud arbitrari ideo deum futura qm̄ sunt euētura prouidere q̄ putare q̄ olim acciderūt cām summe illius esse ꝓuidētie. ¶ Ad hec sicuti cū q̄d esse scio ip̄ȝ esse necesse ē ita cū quid futurū noui; idip̄m futurū esse necesse ē. sic fit igitur vt euētus prescite rei neq̄at euitari. ¶ Postremo si q̄d aliq̄s aliorsuȝ q̄ sese res hȝ existimet id nō mō scia nō ē: sȝ opinio fallax a sciētie veritate longe diuersa. Quare si quid ita futurum est vt eius certus ac necessarius nō sit euētus id euenturū esse presci

eueniendi rebus futuris: quod declarat exēplo di. Si aliq̄s sedeat necesse est opinionem esse verā que cōiectat eū sedere ꝫ ecōuerso si de aliquo vera sit opinio: quia sedet necesse est eū sedere igitur in vtroq̧. s. in opinione ꝫ sedēte est necessitas in hoc. s. in sedēte est necessitas sedendi: in altero. s. in opinione est necessitas veritatis. sed nō idcirco q̄sq̧ sedeat sup. casualiter: qm̄ vera est opinio. q2 veritas opinionis nō est causa sessionis; sed hec. s. opinio potius ē vera qm̄ p̄cessit quempiā. i. aliquē sedere: et ita cum causa veritatis ex altera pte p̄cedit tm̄ in vtroq̧ ē cōis necessitas ꝫ eodē modo contingit arguere de ꝓuidentia et de his q̄ ꝓuidentur. Unde di. patet. i. manifestū est rōcinari de ꝓuidētia et de rebus futuris. Nā etsi ꝓ q̄uis idcirco ꝓuident̄ qm̄ futura sunt: non tn̄ ideo eueniūt qm̄ ꝓuident̄ nihilominus tn̄ necesse est a deo vel ventura prouideri vl' prouisa euenire: ita q̄ vtriq̧ parti inest necessitas q̄uis alteri casualitas: qd̄ solum satis est. i. sufficit ad perimēdā libertatē arbitrij. ¶ Notandū q̄ respōsio ista qu ā innuit in littera videt̄ fuisse ipsi⁹ Origenis: q̄ supra ep̄l'am ad Romanos sic dicit. Nō ꝓpterea aliquid erit q2 illud de⁹ scit futurū: sed q2 futurum est: ideo scitur a deo anteq̄ fiat qd̄ tn̄ pōt intelligi dupliciter. Uno modo q̄ euētus rei sit causa p̄scientie s'm rōnem ꝯñe: ꝫ sic responsio est vera. Alio mō pōt intelligi q̄ euētus rei sit causa p̄sciētie s'm existētiaȝ et sic est falsa: et hoc modo improbat̄ hic a Boe. Primo ergo ostēdit Boe. q̄ ista responsio non est ad ꝓpositū. Scdo ostendit q̄ includit veritatem ibi. Iam vero q̄ ꝑposterū est. Hic ꝓbia ostēdit q̄ ista rn̄sio includit falsitateȝ q2 ponit q̄ aliqd̄ tpale sit causa eterni. dicit etiā q̄ res future sint causa ꝑmissionis eterne. Unde dicit. Iam vero ꝑposterū. i. ꝯuersuȝ est; vt euētus rerū tpaliū dicat̄ eē causa eterne prescientie qd̄ dicit̄ in ista responsione. Unde subdit. Quid est aliud arbitrari deum: id ꝓuidere futura: qm̄ sunt euētura q̄ putare q̄ olim acciderūt. i. ipsa futura esse causam summe ꝓuidētie: quasi dicat nihil est aliud dicere. ¶ Notandū q̄ nullum temporale est causa eterni: sed potius ecōuerso. Indignius enī non est cā dignioris: eo q̄ causa dignior est effectu. temporale autē est indignum eterno: sicut corruptibile incorruptibili: ergo ꝛc. ¶ Ad hec sicuti cuȝ quid. Hic ponit scd̄am responsionē ad probandū scd̄ā conclusionem dicens. Ad hec supple predicta addenda est hec ratio: sicuti cum scio esse quid: id est aliquid necesse est ipsum esse: ita cum noui quid futurum necesse est idipsum esse futuruȝ: sic igitur fit: id est contingit vt euentus rei prescite nequeat euitari. ¶ Notandum q̄ ratio sic potest formari sicut se habet scientia respectu scibilis presentis: sic prescientia respectu effectus futuri: sed cū scio in presenti aliquid esse necesse est ipsum esse: ergo cum prescitur aliquid futurum esse necesse est ipsum esse sed deus prescit omnia futura: ergo necessario eueniūt: et sic iterum tollitur libertas arbitrij. Postremo si quid aliquis. Hic ponit tertiam rationem ad idem dicens. Si quis existimet aliquid esse aliorsum: id est aliter q̄ res se habeat. illud non modo: id est non tantum non est scientia: sed est fallax opinio longe diuersa a veritate scientie. Quare si aliquid ita futurum est vt eius euētus non sit certus ꝫ necessarius quomodo illud poterit presciri euēturum: quasi dicat nullo modo. Cuius rationem assignat dicens. Sicut ipsa scientia est impermixta falsitati: sic illud

quod cõcipitur ab ea non põt aliter ꝙ concipitur. quia si posset aliter se habere tunc sciẽtia posset esse falsa. Unde subdit ista est causa quare scientia careat mendacio qr necesse est vnamquãq; rem ita se habere sicut scientia cõprehendit eã se habere. ¶ Notandũ ꝙ ratio quam intẽdit est ista. Quicũq; estimat rem aliter esse ꝙ est: eius estimatio est falsa et non est scientia sed fallax opinio: ergo si deus prescit aliquid futurũ esse: et si ipm non necessario euenit sicut ꝓsciuit: ꝓsciẽtia dei nõ erit scientia sed fallax opinio: ergo futura a deo ꝓuisa necessario eueniũt et sic perit liberum arbitriũ. ¶ Quid igitur. hic philosophia improbat modos; quibus aliqui nituntur saluare prouidentiã. Et primo querit quomodo possit saluari prouidentia diuina improbando duos modos quibus aliqui conabãtur ipam saluare. Scdo ponit tertiũ modum similiter ipm improbando scdõs ibi. Quod si apd. Primo dicit. Quid igitur sup. dicemus. Quonãmodo dici potest ꝙ deus prenoscat hec futura incerta. Primus modus est dicatur deum ea que prouidet iudicare infallibiliter: ꝙuis possint non euenire sed incõueniens est: quia tunc falleretur sua prouidentia. Unde di. Nã si deus censet. i. iudicat euenire infallibiliter: que etiã possibile est nõ euenire fallit sup. deus quod non mõ. i. non tm nephas est sentire de deo: sed etiam nephas est voce proferre. Scdus modus est vt dicat deũ ꝓuidere futura indeterminate sicut futura sunt: sz isto modo prouidentia dei nõ est certa. vnde di. At. i. sed si deus decernit ista futura esse ꝓuidens indeterminate sicut sunt: vt scilicet cognoscat ea eque. i. equaliter posse fieri vel nõ fieri: que est ista prescientia que nihil certum nihil stabile cõprehendit. q. d. talis prouidẽtia nulla est et quid hec ꝓscientia differt ab illo vaticinio ridiculoso Tiresie: qui dicebat quicqd dicam hoc erit vel non erit. Quo etiam id est in quo diuina prouidentia prestiterit. i. preualebit humana opinione si iudicat incerta: sicut homines ea quorum euẽtus est incertus. q. d. in nullo differt. ¶ Notandũ ꝙ cũ Tiresias vidisset duos serpentes simul coire proiecto baculo ipos separauit adinuicem: ꝓmutatus fuit in mulierẽ: post septenium iterũ serpẽtes coeuntes baculo separauit: et mutatus fuit in virum. Cũ aũt orta fuisset dissentio inter Iouem et Iunonem an maior esset delectatio in coitu viri ꝙ mulieris elect⁹ fuit. Tiresias in iudicem: q expertus erat fortem vtriusq; sexus. Cũ autẽ diceret maiorez esse delectationẽ mulieris. Iuno cõmota excecauit ipm. Iupiter autez sui misert⁹ in recõpensam amissi visus dedit sibi spm vaticinandi. Fuit aũt hec sua vaticinatio quicquid dicã erit vel nõ erit. Si ḡ de⁹ non aliter ꝓsciret futura indeterminata nisi quia erũt vel nõ erũt: nõ differret sua ꝓsciẽtia a ꝓsciẽtia Tiresie qđ est ridiculosum. Qđ si apd illum. Hic ponit tertiũ modum conantiũ saluare ꝓuidentiaz. Et est vt ponamus oia euenire de necessitate: et auferamus liberũ arbitriũ. Primo ḡ mõ ponit istum modũ. Scdo ostẽdit que incõuenientia sequanẗ ad ipm. ibi. Quo semel. Primo ergo concludit istũ modũ di. ꝙ si apud illũ certissimũ fontem oim rerũ nihil põt esse incertũ. certus est euẽtus eorum q ipe firmiter ꝓsciuerit futura: quare nulla libertas humanis consiliis et actionibus quas diuina mens sine errore falsitatis cuncta ꝓspiciens alligat et constringit ad vnũ euentũ. ¶ No. ꝙ nulla mutatio cadit circa fontẽ oim rerũ: quia cognitio eius põt esse incerta etiã si esset incerta esset imperfecta nec diuina si ergo est certa respectu futurorum: necesse est vt oia futura prescita a deo necessario eueniãt. ¶ Quo semel recepto. Hic ponit incõuenientia que sequunẗ si auferaẗ liberũ arbitriũ. Et pmo ostẽdit que incõueniẽtia sequunẗ ex pte ho-

ri quomodo poterit? sicut enim sciẽtia ipsa impermixta ẽ falsitati: ita id quod ab ea cõcipitur esse aliter ꝙ concipitur nequit. Ea namq; causa est cur mendacio sciẽtia careat: ꝙ se ita rem quamq; habere necesse est. vti eam sese habere scia cõprehendit. ¶ Quid igitur Quonã modo deus hec incerta futura prenoscit? Nã si ineuitabiliter ventura censet que etiã euenire possibile est fallit: quod non sentire modo nephas est sed etiam voce proferre. At si ita vti sut ita ea futura esse decernit: vt eque vel fieri ea vel non fieri posse cognoscat: que est hec presciẽtia que nihil certum nihil stabile comprehẽdit? aut qd hoc refert vaticinio illo ridiculoso tiresie? quicquid dicã aut erit aut non. Quõ etiam diuina ꝓuidentia humana opinione ꝓstiterit: si vti homines incerta iudicat quorum est incertus euẽtus. ¶ Quod si apud illũ rerũ oim certissimũ fontem nihil incerti esse potest: cert⁹ eorũ est euentus que futura firmiter ille ꝓscierit. Quare nulla est humanis cõsiliis actionibusq; libertas: quã mens sine falsitatis errore cuncta prospiciẽs: ad vnũ alligat et cõstrigit euentũ. ¶ Quo semel recepto quã-

